JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

IM AUFTRAG DER
DEUTSCHEN FORSCHUNGSGEMEINSCHAFT
UND DER
BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

HERAUSGEGEBEN VON DER
KEPLER-KOMMISSION
DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

GEDRUCKT MIT UNTERSTÜTZUNG
DES BUNDESMINISTERIUMS FÜR BILDUNG UND FORSCHUNG
UND DES FREISTAATES BAYERN

VERLAG C. H. BECK MÜNCHEN

JOHANNES KEPLER
GESAMMELTE WERKE

BAND XXI,1

MANUSCRIPTA ASTRONOMICA (III)
DE CALENDARIO GREGORIANO
MANUSCRIPTA MATHEMATICA

BEARBEITET VON

VOLKER BIALAS
FRIEDERIKE BOOCKMANN
EBERHARD KNOBLOCH

UNTER MITWIRKUNG VON

HELLA KOTHMANN
JOHANNA KURIĆ
HANS WIELAND

VERLAG C.H. BECK MÜNCHEN

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Kepler, Johannes:
Gesammelte Werke / Johannes Kepler. Hrsg. im Auftr. der Deutschen Forschungsgemeinschaft und der Bayerischen Akademie der Wissenschaften. Begr. von Walther von Dyck und Max Caspar. Fortges. von Franz Hammer. – München : Beck


Band 21.
1. Manuscripta astronomica – III; De calendario Gregoriano; Manuscripta mathematica / bearb. von Volker Bialas ... Unter Mitw. von Hella Kothmann ... – 2002

ISBN 3 406 47428 4 (brosch.)
ISBN 3 406 47427 6 (Hperg.)

ISBN 3 406 47427 6 (Halbpergament)
ISBN 3 406 47428 4 (broschiert)

© Bayerische Akademie der Wissenschaften, München 2002
Satz: Hubert & Co., Göttingen
Druck: Druckerei C.H. Beck, Nördlingen
Bindung: G. Lachenmeier, Realwerk, Reutlingen
Gedruckt auf säurefreiem, alterungsbeständigem Papier
(hergestellt aus chlorfrei gebleichtem Zellstoff)
Printed in Germany

www.beck.de



Beispiel einer Manuskript-Seite (*XXII, 89ᵛ*) aus der Gruppe M11
(Manuscripta mathematica). Vgl. Transkription S. 531

I. MANUSCRIPTA ASTRONOMICA (III)

ECLIPSES LUNAE ET SOLIS

AD OPERA ASTRONOMICA

ECLIPSES LUNAE ET SOLIS[1]

AD MOTUUM LUNAE RESTITUTIONES

Pertinentia Documenta
praecipuè observatarum et partim examinatarum Eclipsium.

Pleraeque Eclipses Lincij rursum de novo examinatae, quibus accesserunt etiam sequentium annorum Eclipses observatae ibidem.[1]

[1] *Hinzufügung vom Hrsg.*

Examen eclipsium, causa angulorum latitudinis diversorum[1] *XV, 2*

latitudinem Tychonicam comprobant

I. 1572. sed incertae observationis, quantitate 6. dig. ego magno angulo pro parte 5.

XIII. 1590. 6 Julij, aliquot digitis, cum magnus angulus det non duos. Sed in Horizonte observata.

XVI. 1592. 8 Dec. quasi dimidia in umbra quod parvus angulus assequitur. At ob-
* servatio TYCHONIS Sorana obiter habita ab ipso lusco.

XX. 1596. 2 Apr: quasi dimidia, sed per nubes, id parvus angulus assequitur.

XXVIII. 1605. 24. Mar: duratio minuit lat: at quantitas auget.

Omnia quinque testimonia sunt incerta. Primum non ex observatione loquitur. XIII in ipso Horizonte, et certa hyperbola. XVI. TYCHO luscus, absens a suis non benè aestimavit. XX omnium esset fidissima, nisi adderetur *quasi dimidia*, et *per nubes.* XXVIII diversi est generis, quia per durationem arguit quae computatur magno 3.11, observata est 3.15 vel 3.17 vel 3.20 vel 3.24. At durationi possunt intervenire[a] causae opticae.

latitudinem meam comprobant

III. 1576. 7 Oct: Dig: $10\frac{1}{2}$ dilig: et durationе.

VI. 1578. 15 Sept: Dig: $3\frac{1}{2}$, cum MAESTL: observaverit $2\frac{1}{3}$, simplex lat. dat. $4\frac{1}{2}$ plus.

VII. 1580. 31 Jan: Totalis, morae brevissimae sc: tantum 32 observata, cum ego magno angulo computem 43′, parvo plus.

VIII. 1581. 31[b] Jan: Totalis duratione et mora parvis respectum mearum computationum.

XI. 1587. 6 Sept: Dig: 9 plus. At ego etiam magno angulo habeo 10, plus parvo.

XII. 1588. 3 Mar: Totalis, ubi ego angulo etiam magno durationem minuam.

XIV. 1590. 30 Dec: Dig: 9 plus, cum ego magno etiam angulo computem $10\frac{2}{5}$.

XV. 1592. 14 Junij: Dig: $9\frac{1}{2}$, cum ego magno etiam angulo computem $10\frac{1}{2}$.

XVII. 1594. 18 Oct: Minus 10 dig: cum ego magno etiam angulo habeam 10.

XXI. ex altitudinis observatione, et quia aliqui partialem faciunt, cum ego angulo etiam magno dem totalem.

XXIV. 1601. 29 Nov: Dig: 10. cum ego magno angulo exhibeam 11.

XXVI. 1603. 14 Maj. omnibus modis latitudo major, quasi 41′, cum ex meo etiam magno sint tantum 39′.

XXVII. 1603. 8 Nov: Dig: 3 minus, cum magnus etiam ang: det 4. Multa consentiunt.

XXVIII. 1605. 24 Mar: si exiguum aliquid superfuit. Ego etiam magno angulo totalem exhibeo: sed duratio vult minui lat.

XXX. 1607. 26 Aug. parvus defectus et latit: 53′ confirmatur inclinationibus, qua magni anguli computo dig. 5, parvi 6.

XXXI. 1609. 9 Jan: Partialis negl. durationе.

XXXIII. 1610. 19 Dec: partialis neglecta, sed durationem assequitur et parum superat magnus.

XXXIV. 1612. 4 Maj, digiti $6\frac{1}{2}$. Magnus etiam fere 7.

[1] *Randbemerkung Hansch* KEPLERI observationes eclipsium ☽ae ex ☉larium unà cum variis considerationibus et calculis … pertinentibus

[a] *Kepler* intervenirae

[b] *richtig* 19

XXXVI. 1616. 16 Aug: aut non totalis, aut in contactu luminis. At magno angulo totalem exhibeo, parvo magnam moram consentit et duratio.
XXXVII. 1617. 6 Aug: Emersionem tuetur magnus.
XXXVIII. 1619. 16 Junij, defectus parvitas aestimari non potuit. At angulo magno varijs modis conficio dig. $1\frac{1}{2}$, parvo 3. Et duratio 9 latit.
XXXIX. 1619. 10 Dec: dig: $11\frac{3}{4}$ vel $11\frac{1}{2}$ vel 11. Angulo magno sunt 11 minus, parvo totali proxima durationem ⟨fietur⟩ magnus ac pene superat, magis parvus.
XL. 1620. 4 Junij Totalis, durationem angulus magnus prolongat, magis parvus.
XLI. 1620. 29 Nov: totalis durationem angulus magnus prolongat, magis parvus.
XLII. 1621. 18 Nov: Dig: supra 3. At etiam magno angulo plus quam 4 colligo, etiam durationem longiorem.
XLIII. 1623. 4 Apr: nihil potuit aestimari de quantitate. Angulo magno colligo 11 digitos, parvo quam proximê totalem, id aestimari potuisset.
XLV. 1624. 16 Sept: Totalis et centrali proxima omnium. Durationem superat magnus angulus, magis parvus.
XLVI. 1625. 13 Martij. Defectus non potuit aestimari. Magnus angulus dat dig. $2\frac{1}{3}$, parvus pene 4, quod potuisset aestimari.

Indifferentes sunt

I. 1573. 8 Dec: Totalis
IV. 1577. 2 Apr: Totalis
V. 1577. 26 Sept. Totalis
VII. 1580. 3. Jan: Totalis
VIII. 1581. 19 Jan. Totalis
IX. 1581. 15 Julij Totalis, sub Terra.
X. 1584. 7 Novemb: Totalis et durat.
XIII. 1590. 6 Julij partialis sub Terra
XVIII. 1595. 13 Apr: Totalis et sub horiz:
XIX. 1595. 7 Oct. Totalis et sub horiz:
XXII. 1598. 6 Aug. Totalis, init: sub hor:
XXIII. 1599. 30 Jan: Totalis, finis sub hor:
XXV. 1602. 25 Maj. sub horiz: totalis
XXIX. 1605. 16 Sept. Quantitas neglecta
XXXI. 1609. 9 Jan: partialis, sed duratio observata, quantitas neglecta. Crabbi est.
XXXII. 1609. 6 Jul: totalis
XXXV. 1613. 18 Oct: Totalis sub Terra
XXXVII. 1617. 6 Aug: Totalis initium sub Terra
XLIII. 1623. 4 Apr: partialis, neglecta quantitas fere
XLIV. 1624. 24. Mar: totalis, diameter neglecta. [1]

XV, 3 Calculus I. Eclipseos Lunae, quae visa est anno 1527 25. Junij[1]

Historia observationis. Cornelius Gemma in *Cosmocritico* ad praecedentem diem 24. annotat ventorum tempestatem magnam in Belgio. *

Lauterbachius Graecij Styriae in *Ephemeridum libro* ad diem ipsum 25. adscripsit magnam tempestatem, ad 26. pluviam. Nec Tycho Braheus hac usus est, utique quia

[1] *Randbemerkung Hansch* Numero VII

etiam in ipsius loco coelum nubilum fuerat. Sanè Sol et Mercurius retrogradus jungebantur illis diebus in quadrato Martis. Itaque valde verisimile est, hanc eclipsin nuspiam esse observatam.

MAESTLINUS tamen in *Epitome Astronomiae*, ubi definit, quaenam eclipses usque ad dimidiam diametrum deficiant, addit, hujusmodi fuisse eclipsin anno 1572. 25. Junij. Nec tamen, addit, a se observatam esse.[1]

LAUTERBACHIUS adscripsit in *libro Ephemeridum* principium die 25. Junij hora 10.0, medium hor: 11.25′, finem hor: 12.50. Sed videtur hoc non ex observatione sed ex computatione desumpsisse. STADIUS autem, author *Ephemeridum*, ponit Antwerpiae medium horâ 10.40. Differentiam verò meridianorum inter Viennam et Antwerpiam h. 0.45: esset itaque hic in medium Viennae planè hor. 11.25, ut scripsit LAUTERBACHIUS. Grätij enim et Viennae longitudo propemodum est eadem, LAUTERBACHIJque manu apposita est differentia inter Antwerpiam et Gracium hor: 0.43. Atque hic idem LAUTERBACHIUS quantitati hujus eclipseos, quam *Ephemeridis* Stadianae vestibulum prodit digitorum 7°14′, supposuit quaternarium, quasi quatuor tantum digiti defecerint, non sex.

Sequitur igitur calculus hujus eclipseos primum ex TYCHONE BRAHEO.

Ad horam 9°46′ mediam Uraniburgi invenitur medius Solis motus ab aequinoctio $3^{s}13°49'56''$,[2] Lunae a Sole 3°13′40″, anomaliae $4^{s}17°52'53''$, motus latitudinis 24.2.3. Quare prosthaphaeresis Lunae 3°24′45″ subt: et ' locus ☽ in orbita suâ *XV, 3ᵛ* 13.38′51″ ♑, ut vera ☌ a calculo 10 vel 11 minutis maturius indicetur, quam assumpsi. Verus motus latitudinis $5^{s}20°37'18''$, latitudo 49′36″. Semidiameter Lunae 17′39″. umbrae 46′13″, cujus variatio nulla, Sole in apogaeo versante. Summa igitur semidiametrorum 63′52″, ablatâ latitudine restant 14′16″. Haec scrupula defectus in diametro ☽ 35′18″ faciunt digitos 4°53′ paulo minus ante 10 minuta. Et quia Sole in 14° ♋ versante
* temporis aequatio Lunaris ex *Progymn*: fol: 06 est 4′42″, addenda apparenti, quare hac subtractâ à tempore medio h. 9°46′, prodit apparens tempus Uraniburgi h. 9°41′18″. Jam *Tabulae Geographicae* dant differentiam meridianorum circiter 36. Medium igitur hoc ex calculoTYCHONIS cadit Antwerpiae per correctionem oppositionis h. 9.5[a].

Ex quo apparet, tempora LAUTERBACHIJ, qui medium cum *Ephemeride* Stadiana enim ponit in h. 10.40, esse non ex observatione, sed ex nuda accommodatione ejus, quod STADIUS posuit, ad meridianum Graecensem.

Nam Graecij si quod Uraniburgi computatur apparuisset, in horam 9.57 cecidisset, non in h. 11.25. Quare nihil est opus etiam durationem addere, ut quae non est observata. Scrupula quidem dimidiae durationis essent 39′30″, horarius a ☉ verus ex secunda columna *Prog*: fol. 128 quippe ultra ☌ extensus, esset 33′50″. Itaque dimidia duratio h. 1°10′43″. Tota h. 2°21′26″, cum LAUTERBACHIUS habeat 2.50.

[1] *Randbemerkung* Tantam computavit et pinxit in libro *Msc. Observationum*, ex *Tab. Alphonsi* et *Prutenicis* paulo minorem. Addit, eam Tubingae videri non potuisse, toto enim illo die aerem nubibus repletum fuisse, imbribus crebris: post horam noctis 12. discussas nubes, aerem temperatiorem fuisse.

[2] *Rechnung am Rand*

3.13.49.56
6. 3.13.40
9.17. 3.36
5.24. 2. 4
3.13. 1.33

Einfügung am Rand Anomalia ☉ 8°36′0. Prosthaphaeresis 17.47 subt. Varia. locus ☉ 13.32.9 ♋ sicut etiam ex ephemeride hor. 13.32.9 ♋ ex fol. 64 *Progym.*

[a] *Kepler* 8.55

Jam subjungo etiam meum calculum,
de cujus tamen epocha nostri temporis in hoc libro deliberabitur. *

Pro Sole. Anno 1572. 16. Junij h. 16.23′ ☉ in 5.13.59 ♋
25. Junij h. 9.46 7.36.31
8 dies h. 17.23 41.20
57. 5 13.32. 0′ ♋
4983
32294
37277

Pro Luna.

1571. –	27. 0.41. 7	– – 4. 6.30.55	– – 4. 3.48. 6
Majus biss:	152.		31.46
	24. 9.46. 0		1.46
	203.10.27. 7		25. 0′ Corr.
Revolut. VII.	192.21.10. 4	– – 0.21.29.22	4. 3.39.34
	10.13.17. 3	– – 4.15.24. 2	10.12.50
	35.40	10. 7	♑ 23.26.44 ♋
	52012	☽ 13.34.26 ♉	☉ 13.32 Simp: 0.53.39
	125820 Requisitus	13.34.28 ♉	9.54.44 Latit. 0.54.41
	177832		2.28 Reductio

Ipsissima oppositio 13.34.28 ♉

Aequatio physica mihi 6′30″ add. hic sub.

Ergo h. 9.39′30″.

Parallaxis ☽	62.52	
☉	0.59	
	63.51	
Semidiameter ☉	15. 0	
Semidiameter umbrae	48.51	
☽	16.10	
	65. 1	– 17.890
Latit.	54.41	– 12.660
Scrupula def.	10.20	Haec scrupula sunt digiti paulo minus 4.
Scrupula durationis dim.	35.10	– 5.230 Simplex lat. dat ultra 5, ex voto.
Horarius ☽	37.10	Duratio h. 2.0′40″
☉	2.23	
☽ a ☉	34.47	
	23	′

XV, 4 Quod si quantitatem LAUTERBACHIUS digitorum quatuor observavit, equidem hanc omnino repraesentat meus calculus.

Quod autem minor mihi fit eclipsis quam BRAHEO, id fit ob duas causas concurrentes. Etsi enim tempus idem ego colligo, at angulo latitudinis majore et nodo in consequentia remotiore utor: qui concursus causarum plus etiam efficeret, nisi vicissim major etiam umbrae semidiameter mihi fieret, geometricis demonstrationibus extructa, quàm BRAHEO, qui solutus his legibus quantitatem hanc experientiae relinquit, quae propter causas opticas non semper est sui similis. Haec igitur eclipsis nodo ♈ retroposito in antecedentia fieret major et annotationi MAESTLINI vicinior.

II. Eclipsis Lunae anno 1573, nocte quae sequitur diem 8. Decembris

Historia observationis. Annus est, quo novum sidus toto fulsit, BRAHEUMque in laboribus astronomicis assiduum cumprimis habuit. In hunc annum *diarium* latino sermone
* scripsit, luculento cum praeambulo, quod subscriptionem habet *in Musaeo nostro Herivadiensi anno MDLXXII mense Decembri.* Sequebatur descriptio eclipsis futurae, cum praescriptione altitudinis magnarum stellarum ad praecipua momenta seu phases, idque in horizonte, cui altitudo poli 56, longitudo 36°45′, decem sc: gradibus minor eâ, quam REINHOLDUS assignat Regio Monti Prussiae. Hoc praeambulum longo post tem-
* pore inter epistolas JOANNIS PRATENSIS Medici[a] suasque mutuas excudendum dedit, in-
10 itio facto ad Epistolarum volumen II; sed quod morte praeventus non ultra 12 paginas continuavit. Sed accessit tamen ad id praeambulum annotatio authoris, in qua refert, eclipsin hanc a se fuisse observatam in Curiâ sua Knudsdorpianâ. Initium paulo prius quam caput inferioris ♌ elevaretur. 14°30′, totam extinctam fuisse in altitudine ejusdem 22°40. Cum inciperet egredi Caniculam elatam ad 17°50′, finem non conspectum ob nubes. At hiantibus postea nubibus totam plenam fuisse, cum supremus margo altitudinem prae se ferret 50°25′. Has altitudines ita prodit, non attento quod paulo alias praedixisset.

Computabimus igitur tria dicta momenta. {…}

{…} Hinc prodit tempus incidentiae h. 1.4.24 aut quid amplius, quia eclipsis incepit *XV, 4ᵛ*
20 paulo antequam esset altitudo stellae primò prodita. Mora fit h. 1.37. In media igitur mora A.R.M.C. 30.1. Et quia Sol anno 1573. 8 Dec: ad horam est in 26.50 ♐ circiter, cujus A.R. 266.37, hinc tempus apparens medij observati emergit 123.24 seu hora 8.14. Locus autem ponitur esse 2′ minutis orientalior Hafnia.[1] Igitur Hafniae medium h. 8°12′. Pro hoc in *Progymnas*: fol. 02 assumpsit h. 8.3. In chartis restitutionum habet CHRISTIANUS SEVERINI h. 8.6.

FRIDERICUS RITTELIUS, curialis Principis Wirtembergiae, doctrinae hujus perquàm studiosus, annotavit ex observatione nescio cujus; medium hujus eclipseos Tübinga visum esse h. 8.57′, ita differentia meridianorum esset 15. Vide[2] infra totam obs:.[2] Invenio etiam LOVANIJ illam incepisse horâ 6. Ablata verò duratione dimidia h. 1.53, venit Haf-
30 niae initium hora 6.19. At differentia meridianorum major est. Non igitur accurata est observatio LOVANIENSIS, CORNELIJ GEMMAE puto.

Sequitur calculus hujus eclipseos ex TYCHONE

Huic aequatio est 1′5″ sub. Ergo medium tempus medij h. 8.10.30 circ:, restat ad meridiem primum anni 1574, non plus quam d. 23 h. 15.49.30.

{…} ☽ 26.55.25 ♌ Horarius 33.5 ☽ a ☉ {…} Lat. 10′28″
☉ 26.50.33 ♐ ☉ 50.33
4.52

Igitur calculus TYCHONIS medium observatum praevertit, statuitque medium h. 8°1′40″ aequali. In cujus favorem assumptum fuit medium h. 8.2′ aequali. De hoc sanè
40 multum non esset contendendum, quia dum agnoscitur phasis, illa jam transijt, interimque dum capitur altitudo stellae, labitur alia aliqua pars coeli: quin etiam errorculus in altitudine facile aliquot minuta horae surripit vel obtrudit.

[1] *Randbemerkung* Tubingae Hafniae
[2–2] *Einfügung; dazu am Rand* Infra correctius
[a] *Kepler* Medicci

Semidiameter umbrae est 45′48″, variatio umbrae 56, umbrae igitur semidiameter correcta 44′52″, Lunae 17′28″ Summa

62.20 – 16.440
10.28 – 00.470
15.970

{...} Duratio dim. h. 1.51.27
Differentia semidd. 27.24
Dimidia mora 49.42
Tempus incidentiae h. 1. 1.45

Haec satis benè cum observatis stant: etsi umbra non sit geometricae quantitatis assumpta.[1]

XV, 5 Ex meo calculo sic computo.

Aequatio temporis physica est hoc Solis loco 1′ add., astronomica esset 2 subt: Nam epochas, de quibus corrigendis hoc libro deliberatur, usurpo sic, ut aequatio temporis mihi non a 0° ♈ sed a 2° ♋ incipiat, ubi Tycho habet 0′45″. Contra ubi ille nihil habet, ego subtraho physicè 13′20″ vel addo astronomicè 8′12″, prout eclipsium suffragia huc vel illuc magis inclinaverint.

Aequale ergo tempus medii est h. 8.12′40″

{...} ♌ 25.20.49 ♊
☽ 27. 3.21 ♊ ☉ 26.51.14 ♐
26.50.49 Requisitus 1.30.25 Latitud. 8.20
12.32 – 156700 0.25 Reductio.
33.47 – 57400 26.50.49 Requisitus.
99300 Minutis 22.14 abundamus.

Colligo igitur ego medium hujus eclipseos horâ 7.50.26 aequali. Ita Tychonicus calculus 11½ minutis propior est observationi quàm meus. Sed cave lector, triumphum canas ante victoriam. Erit enim ubi contrarium quoque locum habeat.

{...} Scrupula dimidiae durationis 63.30
Dimidia duratio h. 1.52.45

Scrupula morae dimidiae 30.58

Mora dimidia h. 0.54.45
Tempus incidentiae h. 0.58. 0

Temporis quidem aequatio sustinet unicum scrupulum de hac discrepantia, caetera sunt, ut in priori quoque eclipsi, ex diversitate aequationum Lunae, ut explicavi in Prolegomenis *Ephemeridum* numero 14;[1] tanto enim hic praevenio, quanto ibi sequebar * Tychonicum calculum, quia aequatio hic additur, ibi subtrahebatur, utrinque mihi major Tychonicâ.

Quod attinet moram in tenebris, quam ego colligo h. 1°49′30″, Tycho h. 1°39′24″, cùm sit observata mora h. 1.37.0: monendus est lector identidem, semidiametrum Tychonicam umbrae non esse geometricam, sed accommodatam legibus opticis, quae non semper eodem modo se habent.[2] Hic enim sese quam proximè accommodant calculo

[1] *Randbemerkung* Quale discrimen aequatio revolutionum motus Lunae inter Tychonem et me.
[2] *Randbemerkung* De semidiametro umbrae apud Tychonem experientali. Vid. eclip: I et VIII.

TYCHONIS, at aliâs discedunt longius. Quod dixi, probo hujus eclipseos exemplo:[1] TYCHO parallaxin Lunae infra longitudinem mediam in conjunctione et oppositione luminarium prodit 63′ circiter; adde parallaxin Solis 3′7″, acervantur 66.7. Hinc aufer semidiametrum Solis, quam TYCHO exhibet 16′, restat semidiameter umbrae 50′7″, si umbra rectis lineis formata intelligatur. At TYCHO jubet hic umbrae semidiametrum statuere minorem quam 45′, ita umbra fit ' decem scrupulis angustior, quare ad 18 minuta tem- *XV, 5ᵛ*
poris decedent durationi, quarum tamen partem ipse compensat aliter. Atque hoc est illud, quod ORIGANUS, quod MARIUS, quod alij publicis scriptis in TYCHONE desiderant. Ne mireris igitur, mihi durationem in tenebris fieri 12 scrupulis prolixiorem observatâ; verissime enim de umbra usurpamus, quod BRAHEUS de Lunae corpore dixit *Prog*: fol: 134, vi luminis margines ejus dilui: quod quomodo fiat, disputo in *Opticis*, et in *Epitome* nuper edita summam rei propono.

Confirmat[2] hoc *παθος* umbrae etiam tempus[a] incidentiae, quod cum ego prodam 58′ minutorum, TYCHO 62, observatio dat plus quam 65′. Nimirum latius excurrunt limites illi umbrae dilutae, quorum ingressu Lunae adhuc plenae et clarissimae margo incipit obfuscari, quam illi limites, quibus desertis postremus Lunae margo desinit in lumine censeri; quicquid est inter hos duplices limites lucis dubiae, id in principio eclipsis pro tenebris habetur, comparatione claritatis in toto reliquo corpore, in fine verò incidentiae id habetur pro lumine, comparatione obscuritatis in toto reliquo corpore. Atque hinc est, quod in hac eclipsi ferè tanto longior est mihi dimidia mora quam observatum, quanto breviorem exhibeo incidentiam, ut sic dimidiae durationi summa sua constet. Adde enim semissem observatae morae in tenebris, sc. 48′30″ ad incidentiam h. 1.4.24, conficies dimidiam durationem observatam h. 1.53′, quantam omnino exhibet meus calculus. Hujus negotij testimonia complura sequentur ex ipsarum observationum tractatione.

Interim non dissimulo, si lat. Lunae assumatur major transpositione nodi antecedentis in antecedentia, moram penes me diminutum iri, sed sic ut una etiam duratio nonnihil diminuatur deseratque observationem, quam nunc repraesentat.

Observatio MAESTLINI Tubingae habita.

	Initio	Incidentiae	Emersionis	Finis
Altitudo seq: ☊	7°50″	17. 4	32.21	42.25
Dex: h: Or:	8.10	18.56	Canicul: 16. 0	26.18
17ᵐᵃᵉ ☊	8.35	18.56	4ᵗᵃ Leo: 10.58	
	h. 6° 4′45″	h. 7. 9′15″	h. 8.41.0	h. 9.45.36
TYCHO	6.21	Ty. 7.25	T. 9. 2	

Fixa {...}

Circa medium observavit Lunam jungi 14ᵗᵃᵉ ☊, erat autem locus ☽ apparens septentrionalior ad dimidiam sui diametrum. TYCHO ponit eam anno 1600 in 27°53′ ☊, lat. 0.58 austr: Ergo finiente anno 73 in 27°30′ ☊. Sanè latitudo projiciebat ☽ a 26.50 ☊ in orientem et in austrum. Ad 266.37 A.R. ☉ adde 119°. Consurgit 115.30[b], orturque 13° ♌. Ergo ☽ à Non. 43.30. Ang: Or: 55.15. Ergo ☽ mihi 11 minutis superavit stellam, quod si non esset, margine suo australi texisset aut strinxisset illam. '

[1] *Randbemerkung* Quod non geometrica.
[2] *Randbemerkung* Ex causis opticis umbra sub initium et finem morae pro umbra non agnoscitur.
[a] duratio temporis *Frisch*
[b] *richtig* 25.30

XV, 6

III. Eclipsis Lunae anno 1576. 7 Octobris

Tycho Brahe Uraniburgi nihil nisi finem observavit, tunc enim Canicula habuit altitudinem 18°30′. Hora igitur fuit 13.23 à meridie. Confirmationis causâ caput Geminorum meridionalis altum 37°0′ est deprehensum, unde elicitur hora 13.25, quippe haec observatio posterior est. Et assumpsit Severinius[a] finem[b] h. 13.20.

Maestlinus[1] Tubingae initium observavit in alt. Aquilae 27¼, digitos 10½, aestimatione usus possibili. Post finem humerus Pegasi 26°20′ in occ: altus. Illud h. 9.51 signare ait, hoc h. 1.28; finem putat h. 0.20 ante fuisse, ergo h. 1.8. Ergò diff. meridd: 15.17 vel 12.[1]

Calculus hujus eclipseos ex Tychone.

{...} ☉ 24.29. 8 ♎ ☽ 24.31.57 ♈ Lat. 31. 9
2. 2
29. 7
{...} Dimidia duratio h. 1.48′17″.

Igitur praecessit exacta calculi oppositio
minutis 5 circiter nimirum hora 11.19 aequali
Adde dimidiam durat: 1.48 Duratio h. 3.36. Maestl: 3°17′
Computatur finis h. 13. 7
Aequatio Tychonica 7.16 sub.
Addita igitur ad medium facit tempus apparens finis[c] h. 13.14
Observatio habet h. 13.23 vel plus.

In *Progymnasm*: ponitur medium hujus eclipseos quasi observatum hora 11.32, id est ex Severinij[d] chartis, qui duo minuta addidit, medio computato ob tardiorem ingressum, de quo nihil in *Progymnasmatis*, octo aufert loco aequationis temporis, dimidiam durationem facit h. 1.50, ut habeat aequale tempus mediae eclipseos h. 11.24. Sed ut vides, tabulae editae dant minus. Itaque Tychonis calculus hanc eclipsin quoad ultimam phasin circiter 9 minuta praevertit.

Ex meo calculo sic computo

{...} ☌ 0.34. 6 ♉
☉ 24.30. 0 ♎
6. 4. 6 Lat. 33.34
1.35 Reductio
24.31.35 ♈ Requisitus

{...} Medium h. 11.19 Duratio dimidia h. 1.43.14
1.43 Dur: h. 3.26
Finis h. 13. 2 Aequali Maestl. h. 3.17

[1–1] *Hinzufügung*
[a] *korrigiert aus* Severinianus
[b] initium *Kepler*
[c] initij *Kepler*
[d] *korrigiert aus* Severiniani

Aequatio physica	5.23	Add.	
Ergo subt:, erit h.	12.56.37	Apparenti	Digiti 10.38, ut MAESTL:[1]

Hanc igitur finis phasin seu tempus ejus minus ego assequor quam TYCHO, quamvis in medio eclipsis ad tempus medium plane coincidamus; disto enim per 26′23″ minuta, quorum quinque solum sunt ob durationis meae parvitatem, at 12′40″ ob diversam rationem aequandi tempus, de qua hoc libro pronunciandum erit; reliqua 9 sunt mihi cum TYCHONE communia. *XV, 6ᵛ*

Mirari possis, cur mihi duratio brevior, cum tamen umbrae transitus sit mihi prolixior? Est igitur causa haec, quia mihi vicissim et Lunae semidiameter brevior et latitudo major: major autem ista, propter duas causas[1]: quia mihi et elongatior umbra à nodo sequenti, et major angulus excursuum in latitudinem. Sed de hisce parum habet, quod testetur, eclipsis ista, ut in qua solus finis observatus: nisi quod duratio quanto auctior fieret, tanto minus ab observato fine distaremus. Etsi et valde contemptum est utriusque dimidiae durationis intervallum minuta 5′, et facilè in altitudine stellae vel minimus defectus tantum efficit et denique in fine mero internoscendo diversorum oculorum multo major est dissonantia, ut in sequentibus apparebit.

Notabimus interim, quod revocato nodo sequente in antecedentia latitudo fiat minor, duratio major.

IV. Eclipsis, anno 1577. 2 Aprilis

Hujus eclipsis observationes SEVERINIUS[a] ex observationibus TYCHONIS antiquioribus (quae ut rariores et quarta formâ compactae cum caeterarum protocollis in folio non jungebantur, eoque in meam potestatem non devenerunt) sic exscripsit, quod principium fuerit in ortu hora 7.0, non tamen satis discerni potuerit, puto ob vapores circa horizontem turbidiores, totus verò orbis in umbra hora 8.7, emersus initium horâ 9.42, finis hora 10.44. Est igitur medium inter initium et finem h: 8.52 incertiusculum. At medium inter immersionem totalem et emersus initium esset h. 8.54½, mora in tenebris h. 1.35. Et quia emersio duravit ab h. 9.42 in h. 10.44 per horam 1°2′, si tantum et immersione consumptum, statuamus: initium cadet h. 7.5. Ponitur autem medium in *Progymnas:* h. 8.50.

Habeo etiam observationem BARTHOLOMAEI[1] SCULTETI Görlicensis, qui postea consulatum in illa urbe gessit, qui initium eclipsis signavit altitudine Lunae 5°56′, immersionem totalem in alt: ejusdem 13°9′, quo eodem momento notavit et pulsum in urbe horae primae noctis, initium emersionis cum sonaret dimidiam tertiam eodem in horologio; et dimidio quadrante posterius horam 10 a meridie in alio horologio. Ex hac mensuratione morae primum illud patet, moram illi visam h. 1.30 longam, quae TYCHONI h. 1.35: quae diversitas post omnem adhibitam diligentiam caveri tamen non potest.[2] *XV, 7*

Hinc computanda sunt tempora duplicis initij. Si igitur altitudo Lunae (centri puto) initio morae fuit g. 13°9′, parallaxis Lunae addita veram exhibet altitudinem veri loci centri Lunae 14°12′ (contempta jam refractione, ut quae tantummodo sc: 9 a TYCHONE exhibetur). Erat verò tunc Luna minutis 47′ ante medium eclipsis, quod illam referebat in 22°45½′ ♎. Cum igitur sit verus Lunae horarius 37′30″, quare minutorum 47 intervallo respondent 29′22″ de vero motu Lunae, ut Luna fuerit in 22.16 ♎, cum latitudine,

[1] *Randbemerkung* Angulus excursuum Lunam plagas mihi major quam TYCHONI.
[2] *Randbemerkung* Diversae aestimationes morae
[a] *korrigiert aus* SEVERINIANUS

ut ex sequenti calculo apparebit, 0.6′ austrina, ut fuerit ejus declinatio vera 8.48 austrina, Ascensio recta 200°35′.

Altitudo[1] poli Görlicensis comparatione cum Pragensi ex tabulis recentissimis est * 51.20, etsi author ipse anno 1577 in descriptione cometae assumpserit eam 50.40, secutus puto fidem tabularum illius temporis. Nam cum Pragae alt: poli sit 50°6′ et distantia itineraria Görlicium usque miliaria Germanica 21, parum admodum a linea septentrionis deflectens in ortum: computatis 15 miliaribus in gradum, veniret alt: poli Görlicensis 51.30: quam propter deflectionem[a] dictam et in favorem tabularum relinquo intra 51.20.

Ex his igitur datis computo horam ut sequitur.[2]

	(...)		(...)
	53.47		67.22
AR ☽	200.35	AR ☽	200.35
☉	21. 0	☉	20.57
	125.48 Horae 8.23		111.16 Horae 7.27
	Huennae 8. 7		Huennae 7. 5
	Esset differentia meridd: 16′		Esset differentia meridianorum 22′

Sic pro initio, si Luna visa est in altitudine 5°56′, vera alt: fuit 6.59 sine refractione et Luna in 21°38½ ♎, declinatio

XV, 7ᵛ Vides, quantum de duratione seu mora in tenebris Sculteto decesserat, tantum etiam secunda vice accedere differentiae meridianorum: ut penè ausimus pronunciare, Scultetum visus sui conditionibus quinque minutis serius quam Tychonem agnovisse totalem immersionem, atque ita meridianorum differentiam esse 16′ temporis[3], quod proximè accedit ad tabulas geographicas recentiores. Etenim Praga[4] est Huennae ad ortum circiter 5′ et Pragâ Gorlicium proficiscentes deflectunt etiam ad ortum, praesertim egressi angustias at saltum in regni Bohemiae limitibus. Sed relinquantur sanè paucula minuta temporis in dubio, confirmanda per sequentes eclipses.

Quod verò Tycho *Progymnasm*: tomo II. fol. 375. Gorlicium et Huennam sub eundem meridianum confert, id de effectu differentiae meridianorum est intelligendum in motu diurno cometae, quo de agitur eo loco.

Satis igitur confirmatum habemus ex duobus locis, medium hujus eclipsis Uraniburgi apparuisse h. 8.54½: sequitur jam calculus ex Tychone, cujus aequatio t. 6′38″ s. Ergo observatio tempus med. h. 8.48′.

(...)

☉ 22.45. 0 ♈ ☽ 22.50.53 ♎ Dimidia { duratio 18710 – h. 1.49.45 / mora 27655 – h. 0.45.30 }

Tempus incid: h. 1. 4′15″.

Rursus calculus Tychonis praevertit medium observatum circiter 10½′ minutis.[5]

Prodit autem tempus incidentiae h. 1.4½′, mora h. 1°31′, tota duratio h. 3.39′30″, quae omnia cum observatione conciliantur egregiè.

[1] *Randbemerkung* Görlicij a. p.
[2] *Randbemerkung* Hora ex alt:
[3] *Randbemerkung* Gorlicij long:
[4] *Randbemerkung* Pragae long:
[5] *Randbemerkung* Hic eclipsis ☽ in 23 ♎ serior, si certae observationes.
[a] deflexionem *Kepler*

Meo calculo sic

{...}
☉ 22.45.19 ♈ ☽ 22.45.56 ♎ ♋ 21.12. 4 ♈
Requisitus 22.44.53 ☉ 22.45.19
1. 3 1.33.15 — lat. 8′35″
simplex 8. 6.
26 Reductio
22.44.53

Medium ergo cadit h. 8.30′ tempore aequali in meo calculo, 24[a]½ minutis [1]temporis medij[1] citius quàm in Tychonico, idem effectus cum eo, qui fuit in secunda, propter eandem causam. '

Vicissim Sol in 22°45′ ♈ exhibet aequationem temporis physicè compositam 19′46″ *XV, 8* subtrahendam ab apparenti, quae igitur addita medio efficit apparens h. 8.50. Propius igitur ad observationem venio quàm Tycho, et omninò proximè. Sed in hoc propterea calculus meus non est justificatus.

{...} Mora dimid: h. 0.53.52
Duratio dimid: h. 1.50.25

Rursum igitur ut in eclipsi 3 prodit mihi tempus incidentiae brevius observato, sc: h. 0.56.33. Mora vicissim longior h. 1.47.44. Duratio verò aequalis proximè observatae h. 3.40.50.

Si quaeris, cur jam mihi duratio longior quam Tychoni, in promptu causa est: longior mihi quam illi semidiameter umbrae. Illud potius quaere, cur non multo longior; nam mea semidiameter umbrae demonstrativa 48′52″ est multo longior quàm Tychonis experientialis 46′21″. Et causa est, quia primo diameter Lunae est mihi brevior, deinde horarius major. Methodum[2] sanè construendi horarij in ☌ et ☍ veri, qua Tycho usus, ego nunquam vidi. Componi debet ex tribus principijs praeter horarium medium, sc: ex * aequatione soluta, aequatione menstrua et variatione. Cumque menstrua in anomalia 90° evanescat, nescio cur horarius ultra ☌ ☍ in illa anomalia Solis 18″ major sit horario in ipsis articulis, ex sola simplici aequatione confecto; debere namque videtur totum illud excedere, quod de variatione debetur horario illi simpliciori, ut apud me fit. Recordor quidem in exemplari, unde sunt in typum transsumpta Lunaria, fuisse praeter horarium ultra syzygiarum momenta excurrentem ad latus appositum etiam diurnum ejusdem conditionis, qui omissus est ideò, quia folium informi latitudine futurum erat, et quia horarius sufficere visus. Qui etsi pars 24[ta] praecise constitutus fuit diurni, ut ita non ipsi horae conjunctionis competeret, sed gradui circiter 6° vel 7[mo] ante vel post conjunctionem: at videtur ei majus aliquid deesse quàm quod hinc emergere possit.

Maestlinus in Backnang (alt: p. 48°52′, Tubingâ versus NordOſt) vidit Lunam in ipso puncto exortus sui deficere incepisse. Stabat quidem ante umbram ad occidentem, projecta verò erat per parallaxin in orientem. Quibus rationibus inter se pensatis, si occasum ☉ sumamus h. 6.41 non errabimus. Tychoni etiam in ipso ortu obscurè tamen agnitum initium h. 7.0. At correxi h. 7.5. Ita diff: meridd: esset 19 vel 24, enormis. '

[1–1] *Hinzufügung*
[2] *Randbemerkung* De horario in eclipsibus
[a] *Hs. nicht lesbar*

XV, 8v

V. Eclipsis Lunae anno eodem 1577. 26 Septemb:

De hac non invenio quid amplius observatum praeterquam quod hora 13.56 ceperit emergere è tenebris, referente SEVERINIO[a], qui etiam hoc ipsum quodammodo vocare * videtur in dubium, dum ait, se fidem horologij sequi, dimissis azimuthis, utpote lineâ meridianâ non rectè inventâ. Non erit igitur magni ponderis eclipsis, si quid sola testetur. Medium statuitur in *Progymn*: h. 13.3. Computo igitur ad hoc tempus, cujus aequatio 4′20″ sub.

[1]MAESTLINUS in Backnang sic

	Initium.		Incid:		Emersio.		Finis.	
Lyra	32. 6	—	22. 5	—	10.50	—	3.40	
Pr. II	14.22	—	24. 7	—	40.0	—	50.46	
Hora	11. $7\frac{1}{2}$	—	12.18	—	13.58	—	15. $6\frac{1}{2}$	Ut ipse

Ty. 13.56[1]

Calculus TYCHONIS

{...} ☉ 13.23.17 ♎ ☽ 13.22.25 ♈ Latit: 10′18″

{...} Mora dimidia h. 53′26″
Dimidia duratio h. 2°6′40″

Prodit tempus aequale h. 13. 1. Apparens h. 13. 5.20
Adde d. moram 53.25

Computo initium emersionis horâ 13°58′45″. Sed haec propinquitas ad observationem est suspecta, ne forte SEVERINIUS[b] id assumserit in dubio, quod calculo magis appropinquavit, quia dimisit azimutha causatus incertitudine lineae meridianae.

Ex meo calculo.

{...} ☉ 13.22.54 ♎ ☊ 11.49. 6 ♈ — Lat. 8′40″
☽ 13.22.48 ☉ 13.22.54 Simpl. 8.11
Requisitus 13.22.27 1.33.48
27 Redu.
13.22.27 Requisi.

[2]Ex observatione MAESTLINI eclipsis haec in $13\frac{1}{2}$ ♈ venit multo tardius calculi indicio.[2]

Medium ergo computo tempore aequali h. $12.56\frac{1}{3}$, non totis 5′ ante quam TYCHO, quia et minor mihi aequatio sub: circiter 1′ scrupulo, et meta etiam uno scrupulo anterior. Calculus enim TYCHONIS nihil praecipit de viâ ☽ obliqua ad eclipticam. Aequatio temporis physica est 9′ add:, hic sub., ergo medium apparenti h. $12.47\frac{1}{3}$′.

{...} Duratio dim: h. 2. 7. 0
Mora dimid h. 1. 0.30

1–1 *am Rand*
2–2 *Zusatz am Rand*
a *korrigiert aus* SEVERINIANO
b *korrigiert aus* SEVERINIANUS

Medium appar. 12.46. 0
Initium egressus h. 13.46½ appar:

Citius tamen agnoscitur egressus. Itaque haec eclipsis, si fide digna observatio, pulsat aequationem temporis physicam. Calculus praevenit.

Notabimus, quod retracto nodo fiat major latitudo, brevior mora, egressus initium adhuc citius. [1]

VI. Eclipsis Lunae anno 1578. 15 Septembris *XV; 9*

SEVERINIUS[a] exscripsit ex antiquis observationibus TYCHONIS initium Uraniburgi h. 12.27, finem hora 14.10, medium igitur horâ 13.18½, et duratio h. 1.43, assumitur in *Progymn*: h. 13.17.[1]

In exemplari *Ephemeridum* MAESTLINI manu authoris assignatum reperi medium in Baknang Wirtembergiae h. 13.9, quod esset Tubingae h. 13.8. Et sic differentia meridd: 10½, quod non dissidet a tabulis geographicis. Exprimunt *Progymnasmata* et quantitatem digitorum 2½. Et MAESTLINUS in *Epitoma Astronomiae* professus se observasse hanc eclipsin, addit picturam cum distinctione digitorum in diametro Lunae, ubi umbra abscindit 2⅓; ut cogitem, num TYCHO hanc quantitatem transcripserit in suum librum. Nec MAESTLINUS expressis verbis addit, hanc quantitatem sese observasse[2], quam expressit in schemate, quin potius verisimile est, illum in schemate sic adornando, respexisse ad calculum vel *Prutenicum*, ex quo computavit digitos 2°28′, ut vides in *Ephemeride* anni 1578, vel suum proprium, ex quo planè hoc computavit, quod pictura exhibet, sc: dig: 2.20, quem calculum author in vestibulo operis *Ephemeridum* praemisit.

Sequitur calculus ex TYCHONE: cujus aequatio t. 0′45″ sub:

{...} ☉ 2.18. 4 ♎ ☽ 2.16.35 ♈ Lat: 49.48

{...} Sc: durationis dimidiae 31.50 H. 1°8″ est duratio dimidia. Tota h. 2.16.
27.56 Vera copula fit hora 13.18 aequali, seu hor: 13°18′45″
3.54 apparenti.

Meo calculo

{...} 0.2.15.13 ♈ ♌ 23. 4.19 ♓
☽ 2.15.14 Requisitus ☉ 2.17.34 ♎
9.13.15 — Lat. 0.50.52 Simpl. 48.1
2.20 Reductio
2.15.14 Requisitus

Ad unguem colligo veram oppositionem horâ eâdem aequali; quanto enim minorem addo aequationem, tantum ob obliquitatem viae Lunae de meta, ad quam calculus Lu-

[1] *Randbemerkung* Ex Msc. obs. MAESTLINI

	Initio.		Fine
Alt. Lyrae	29. 0	-	13.50
Post: ♊	11.35	-	28.35
Dext: hum: Or:			30.48
Hora	12. 7	-	h. 2. 1.

[2] *Randbemerkung* Observavimus item ejusdem eclipsis magnitudinem, juxta modum quem REINHOLDUS tradit. Digiti erant 2⅓ nil amplius.

[a] *korrigiert aus* SEVERINIANUS

nam deducit, detraho. Sed aeq: physica temporis est hoc Solis loco 12′40″ addenda.
XV, 9ᵛ Esset ergo apparens h. 13. 5.20. Rursum ' pulsatur hic aequatio physica temporis, quia calculus praevenit observationem.[1]

(...) Duratio dimidia h. 1. 6.30
Tota h. 2.13. 0

Vides in utroque calculo prodire et defectum et durationem majores, quam fuit observatum: atque haec duo cohaerent invicem, ut quamvis certam et confirmatam quantitatis observationem non habeamus, ea tamen plus quàm verisimilem habeat probationem a duratione. Atque hoc si fuisset, ad *Optices* penum hic quoque confugium meditabar, vide *Optices* meae fol: 217. Sit enim duratio dimidia 0°51′30″[2], quae ducta in horarium ☽ a ☉ 28.24, procreat scrupula d: durationis 24′24″ — 02.530
quae cum summa semidd. 59.53 — 15.180
creat latitudinem 54.50 12.650
Ergo scrupula defectus 5. 3, quae sunt digiti 2°0′ circiter. Et haec latitudo argueret distantiam a nodo 9°55′, etiam in meo magno angulo. Atqui ut locus nodi per 42′ retroagatur, id per reliquas eclipses fieri nequit. Quare si plura hujusmodi testimonia eclipsium acervabuntur, concedendum nobis erit, aut Lunae motus aequabiles in minimis non esse, nimirum hac vice exorbitasse in septentrionem, aut, quod promptius comminiscimur, umbram Terrae propter aliquam refractionem opticam[3], quae facta sit in materia inter Solem et Terram interposita, deflexisse in austrum. Non enim sufficit illa refractio, quae fit in aere nostro: nam etsi illa radios Solis in limites umbrae intromittit, aer ipse tamen proicit umbram nihilominus, idque rectis a Solis margine lineis, atque illa umbra sentitur initio et fine eclipsium, ut hactenus posuimus. Quanquam si provolemus ad audaces hujusmodi positiones, illa magna difficultas existet, qui caveri potuerit, ut vitiatas Solis altitudines meridianas Tycho nunquam deprehenderit, si interdum interjectu substantiae aethereae omnes circumcirca Terram tradentes radij Solares in eandem plagam mundi refringi possunt. Eadem difficultas occurret circa stellas, si materiae refractoriae locum quaesiveris inter Terram et Lunam Soli oppositam.

Vide infra in eclipsi XII simile quid, ubi non minus quam hic, retroactu nodi juvamur. Sic etiam in XLV. '

XV, 10

VII. Eclipsis Lunae anno 1580. 31. Januarij.

Severinius[a] ex Tychonicis antiquioribus observationibus exscripsit initium h. 8.15, finem dubium h. 12.5. Cum verò dimidia pars obscuraretur, horam fuisse 8.59, cum iterum dimidiam recuperasset, h. 11.19, hinc medium h. 10.9, ut assumitur in *Progymn*:, et finem h. 12.3.

Maestlinus in Baknang principium morae significavit altitudine cordis Leonis 44.48, fine morae 48°36′ et oculi Tauri altitudine 33°36′, finem totius eclipseos altitudine Spi-

[1] *Randbemerkung* Nota obs: eclipsis ☽ in 2½ ♈ tardior, si mea utar aequatione temporis physicâ.
[2] *Randbemerkung* 15 276
74 800
90 076
[3] *Randbemerkung* (...) umbra semper praecise in directum à Sole.
[a] *korrigiert aus* Severinianus

cae 15.20. In principio morae Lunae ora proxima per radium a corde Leonis distare visa est 2°5′, mox remotior ab eadem stella 2°37, ergo Lunae centrum quasi 2°20′.[1]

Fines quidem si comparo, Huennae h. 12.3, in Baknang h. 11.52, differentia meridd: prodit 11′ et igitur Tubingae 12, quod benè satis congruit cum praecedenti.

At si tempus ex caeteris altitudinibus extruam, prodit initium morae h. 9.52, finis morae h. 10.24 vel certius (quippe ab humiliori stella) h. 10.21½. Mora igitur 29½, dimidia 15[2], quod ad initium adjunctum ostendit medium morae h. 10.7, essetque differentia meridd: nil ultra 2′, et emersio h. 1°30′: cui si aequalis immersio statuatur, initium veniet h. 8.22, duratio 3.30, quae TYCHONI est 3.48. Itaque labes est aliqua in observatione principij morae. Quid si namque pro 44°48′ scribendum fuerit 44°8′, tunc sane principium morae cadit in h. 9.39½, ut sit mora tota 42′, medium h. 9[a].0½, quod satis congruit cum Braheano medio. Viderit MAESTLINUS.

* Quae de colore hujus eclipseos ipse, puer quamvis, memoria condiderim, vide in *Opticis* meis fol. 275.

Sequitur calculus ex TYCHONE: cui aequatio t. 9′35″ a.

{...} ☉ 21.29.20 ♒ ☽ 21.29. 3 ♌ 23.35 Latit.
16.17
39.52 Totalis
42.34

{...} Dimidia mora 28.45
Dimidia duratio h. 1.55.34
Tempus incidentiae h. 1.26.49[1]

Haec igitur eclipsis fundamentalis fuit assumpta, eique calculus sic accomodatus, ut eam exactè repraesentaret, quoad ipsum medium: caetera tempora morae et durationis superant observata, praesertim morae. *XV, 10ᵛ*

Meo calculo

{...} ☽ 21.28.43 ♌ ♑ 26.26.32 ♒
Requisitus 30.18 ☉ 21.29. 0
Diff: 1.35 4.57.32
1.18 Red. Ang. lat. 27.30
21.30.18 Requis. Simplex 25.55

{...} Duratio d. h. 1.51.50
Sc: mor: 10.20
Mora di. 21′47″
Per simplicem paulo longior

Igitur ego ipsissimum medium subduco ad horam 10.15 aequalem. Rursum enim hic diminutam quidem aequationem subtraho, quo nomine calculus plus praevertere debuit, at vicissim fere tantum ad metam mediae et profundissimae immersionis accedit, ut ita solis 4′ minutis meus praevertat calculus Tychonicum. Et cum Sol in 21½ ♒ physicam aequationem nullam faciat, erit idem etiam tempus apparens. Proinde calculus

[1] *am Rand* Fixae

[2] *Randbemerkung* MAESTLINUS computavit ex alt: suis 16. In compendio, postquam, inquit, defecisset tota, brevissimo interposito intervallo lumen iterum recepit.

[a] *richtig* 10

meus observationem sequitur 6′ minutis horae. Moram exactè repraesento, nec minus et durationem. Itaque retroactu nodi majorem utramque facerem observatis.

VIII. Eclipsis Lunae anno 1581. 19 Januarij.

Severinius[a] ex observationibus Tychonicis Uraniburgicis exscripsit initium h. 7.57, incidentiam h. 9.16, emersionem h. 10.40, ut totalis fuerit, praeterea nihil. Morata igitur est in tenebris h. 1.24, cujus dimidium 42 adjectum ad incidentiam constituit medium hora 9.58 apparenti Uraniburgi. Et ascripta est in *Progymn*: h. 9.57. Jam quia Sol in 10 ♒, aequatio temporis Tychonica est 9′52″ ad.

{...} ☉ 10.5.27 ♒ ☽ 10.4.47 ♌ Lat. 14′33″[1]

XV, 11 {...} Mora dimidia 47.28
. Duratio dimidia h. 1.59.16

Medium igitur indicatur h. 10.8⅓ exacto satis consensu cum observatione, duratio similiter, tantum 3½ minutis fit minor observatâ: sed durationem computo h. 1°35′, quae fuit observata h. 1.24′ ob causas opticas ut in superioribus[1].

In hac igitur eclipsi apparet, frustra niti astronomum, qui, ut tempora durationis et morae calculo repraesentare queat, vim facit ipsis demonstrationibus in constituendis semidiametris Lunae et umbrae. Ecce enim Tycho in gratiam quarundam observatarum eclipsium diminuit umbrae, auxit Lunae semidiametros; et illas quidem tunc expressit observationes, at jam ne sic quidem observationem hujus eclipseos exprimere potest.[2]

Lubet autem positis hisce: duratione sc: dimidia h. 2.1 ut observatum, et morâ dimidiâ 0.42′, et assumpto horario 27′14″ et semidiametro ☽ 16.0, lubet, inquam, videre, quanta conficiatur latitudo, quanta semidiameter umbrae ex theoremate, quod in *Hipparcho* demonstro. Nam si horarius tantus, respondebunt scrupula durationi quidem 54′55″, morae verò 19′4″; horum quadrata sunt 50′16″ et 6′4″, et horum differentia 44′12″ esset semidiameter umbrae, unde ablatâ semidiametro Lunae 16.0 restaret 28.12, cujus quadratum 13′15″, unde ablato quadrato 6′4″, restaret 7′11″ quadratum latitudinis, et latitudo igitur 20′46″. Quanta hinc perturbatio, si sic velles corrigere in Tychone semidiametrum et latitudinem eoque etiam locum nodi? Et à qua tunc standum, si singulae observatae per se peculiarem correctionem poposcerint hac methodo examinatae?[3]

Jam igitur ad meum calculum

{...}	♑ 7.41.50 ♒		
☽ 10. 3.55 ♌	☉ 10. 4.58		
10. 4.19 Requisitus	2.33	Lat. 13.11 simpl: 12.28	{...}
24	39	Reduc.	Duratio dim. h. 2. 5.34
	10.34.19	Requisitus	Mora dim: h. 0.56.13

[1] *Randbemerkung* Severinius in literis ad Tychonem Rostochio datis, de eclipsi anni 1599, causam non habuit cur titubaret hic de consensu calculi.

[2] *Randbemerkung* Quod semidiameter Tychonis experientialis non salvet omnia irregularia. Vid: ecl: 11.

[3] *Randbemerkung* Ex observata mora et duratione mediante horario et diametro ☽ elicere latitudinem et semidiametrum umbrae.

[a] *korrigiert aus* Severinianus

Medium computo h. 10.6$\frac{2}{3}$ aequali, plane ut TYCHO, quia causae varietatem efficientes per se hoc loco sunt exiguae et [1] compensantur: sed physica aequatio addit hoc loco *XV, 11v*
apparenti 2′30″. Ergo vicissim hic ablata relinquit h. 10.5. Itaque calculus meus sequitur observationem per 7′. Fit etiam duratio mihi paulo longior, tanto superans observatam, quanto Tychonica deficit ab observata. Morae verò prolixitas major quam Tychonicae causam habet minorem diametrum Lunae, majorem umbrae, superatque observatam minutis 28′ propter easdem causas, ob quas et Tychonica superat per 11′.

Quare hic iterum nodus antecedens in antecedentia translatus latitudinem majorem, durationem breviorem, moramque multo breviorem facit.

IX. Eclipsis Lunae Anno 1581. 15 Julij.

TYCHO BRAHE reliquit annotatum, tempus hujus eclipseos abundasse per h. 1.20, siquidem, ante quam Luna occideret Huennae, dimidiam in umbram ingressam fuisse. Sole igitur in 2$\frac{3}{4}$ ♌ versante arcus semidiurnus sub altit: poli 56° est h. 8.7, oritur igitur Sol hora 15.53; sed tunc Luna jam praeoccidit, quippe stans adhuc ante oppositum Solis, latitudine sept: parvâ et per parallaxin ultra gradum unum profundius in occasum demersa, quam ejus locus verus fert. Etsi verò dimidium hujus refractio emendat, eadem tamen et Solem tantulo ante horam 15.53 apparere facit, ut ita refractio hic omitti possit. Luna igitur circiter horam 15°48′ occidit; ante igitur 15.48 dimidia in umbrâ fuit. Ac cum semidiameter fuerit 16′15″, horarius a ☉ 35′21″[1], immersioni igitur dimidiae, siquidem Luna omni latitudine careret, venirent minuta 27′35″ et jam per hanc latitudinem veniunt plura, dimidium circiter de tempore incidentiae, quod mihi est h. 1°5′34″; ablato igitur dimidio 33′ de h. 15.48 restat initium ante h. 15°15′.

Praeterea annotavit TYCHO, horologio ad Lunae altitudinem correcto quartam partem abfuisse hora 15.22, quo confirmantur priora. Si enim quartam etiam incidentiae, id est 16′ auferas ab h. 15.22, restabit h. 15.6 pro initio, quod est sanè ante h. 15.15. Initium tamen SEVERINIUS[a] assumpsit h. 15.11, et medium in *Progymnasm*: expressum est h. 16.57, quod per Tychonicam aequationem temporis 9′12″ ad. fit h. 17.6.12.

Sequitur calculus hujus eclipseos ex TYCHONE [1]

{...} ☉ 2.43.39 ♌ ☽ 2.42. 6 ♒ Lat: 25. 0 *XV, 12*

Sequitur calculus 3 minutis, ergo h.17.0 apparente. {...}

Itaque principium h. 15.17 apparenti, cum assumpserint h. 15.11. Dur: dim: h. 1.42.53

Calculo meo.

{...} ☽ 10. 2.42.10 ♒ ♎ 28.18.27 ♉

Requis. 2.41.50 ☉ 2.42.59 ♌

20 4.24.32 — 24′14″ Lat. {...}

1. 9 Red. 23. 3 Simpl: Dim: dur: 1.43. 7

2.41.50

[1] *am Rand* 130625
52900
77725

[a] *korrigiert aus* SEVERINIANUS

Durationem computo eandem, quanto enim mihi major umbrae, tanto minor Lunae diameter majorque horarius; in aequalis etiam temporis momento, solis $4\frac{2}{3}$ minutis Tychonicum supero, superarem autem plus, si non respicerem obliquitatem viae Lunae: sanè mihi aequatio versus perigaeum major est et subtracta diminuit locum ☽, ut ei plus restet ad ☍ ☉. At physica temporis aequatio 15′24″ adjectoria, si hic subtrahatur, medium tempore apparenti exhibet h: 16°58′ planè ut vult observatio, initium ergo h. 15.15, quod est observationi vicinius, quam quod ex Tychonico prodit.

Hic igitur, si nodus retro ageretur, aucta latitudine duratio fieret minor, initium tardius et ab observatione remotius.[1]

XV, 12ᵛ

X. Eclipsis Lunae anno 1584. $\frac{7}{17}$ Novembris

Tycho Brahe Tomo I. *Epistolarum* folio 72 initium profitetur horâ 11°12′, finem * hor: 15.0. Duratio igitur h. 3.48. Medium horâ 13.6, quod in *Progymnasmat*: expressum est h. 13.12. Severinius[a] sanè collegit, initium observatum esse horâ 11.16, finem 15.2; huic igitur medium esset ho: 13.9. Unde haec titubatio circa temporis minuta, non facile conjecturâ consequor. Tycho sanè verbis utitur confidentibus, *Diligenter deprehendi*; item *Ex remotione certarum stellarum aequatoria à meridiano infallibili ratione inquisivi.* Et tamen in protocollo observationum ad hanc diem eclipseos nec vola nec vestigium apparet, cum tamen durante ea culminationes annotatae extent lucidae Arietis h. $10.10\frac{4}{5}$, oculi Tauri h. $12.38\frac{2}{3}$, capitis Geminorum meridionalis h. $15.45\frac{1}{2}$: puto quia phases Lunae in scheda seorsim ad horologium annotatae, quae postmodum errantes tandem perierint.

Facit Tycho primam dicto loco mentionem medij eclipseos alterutro termino propioris propter obliquitatem viae Lunae ad eclipticam. Medium enim statuit h: 13.8, etsi in *Progymnasm*: nihil hac de re praecipit. Ego medium temporis non vario, sed demitto perpendicularem viae Lunae ex centro umbrae indicem loci, quem obtinet Luna in medio durationis.[1]

Refert ibidem Braheus etiam Henrici Brucaei observationem Rostochij[2] habitam in littore maris Balthici, quae medium referat in h. 13.4. Itaque differentiam meridianorum deinceps amplexus est minutorum 2, etsi tunc planè nullam credebat, confisus proculdubio Tabulis Geographicis Jodoci Hondij et nautarum crassiusculis observa- * tionibus, quibus tritissimum iter ex freto Huennae circumfuso ad littus Megalopolitanum.

Addit Tycho et Wittichij mathematici perquam ingeniosi et industrij observationem Cassellis[3] Chattorum habitam, sed in quam vitium irrepsit in duratione et mora, ut
XV, 13 quam prodit 23 minutis breviorem quam Tycho. Sed si ponatur finis[1] rectè observatus esse hor: 14.45, finis morae h.13.45, differentia meridianorum erit 15′, quod tabulae exhibent 14′.

Calculus Tychonis, cujus aequatio t. 9′22″ sub:

{…}	☽ 25.54.12 ♉		h. 1.51.49 duratio d.	Scrup: d. dur.	61.41
☉ 25.49.10 ♏	49.10	11.6 Latit.		Differ:	27.21
	5		h. 0.49.35 mora d.	Scrup: morae d.	24.57

[1] *Randbemerkung* Determino maximae obscurationis
Quadrangulo et sexangulo miscentur reliqui usque ad 12angulum qui faciunt 4 rectos.

4 mal 6 ist 2 mal 12

Quadrangulo et septangulo miscentur reliqui usque ad 10angulum qui superat 4 rectis plus.[1]

Quinquangulis 2 coeunt reliqui singuli usque ad 10angulum qui faciunt 4 rectos. *V, 8v*

2 mal 5 ist 10.

Quinquangulum unum $1\frac{1}{5}$ coit cum 2 reliquis usque ad 2 septangula, quod facit 4 rectis plus.


Ergò 1 5ang. 1 6angulum usque ad 1 oct. quod facit 4 rectis plus.

Quinquangulum et sexangulum, cum sex

Quinquangulum et septangulum non recipit octang. facit 4 rectis plus.

18^{1}
$\frac{2}{36}$
$\frac{2}{12}$
$\frac{2}{4}$
$\frac{2}{8}$ etc.

[1] *Rechnung am Rand*




Fortasse talis resolutio utilis est.

Triangularia quidem
Plana coeunt non unum
non duo
sed aut tria
aut quatuor
aut quinque
At sex aequant 4 rectos.
Quadrangularia tria
Sed quatuor aequant 4 rectos,
Quinquangularia igitur tria
nec plura, quia multo magis superarent 4 rectos.
Sexangularia verò tria aequant 4 rectos.
Quare ubi non est triangulare, non possunt plura coire quam tria.

Constituatur jam mediocritas

Cum sunt 3 triangula, 2 quadrangula, vel 1 triangulum cum 1 sexangulo, residuo uno, fiunt series infinitae, quia summa est 2 rectorum, quibus cum nullus facit 4 rectos, et quos nullus aequat. Ergo ubi duo triangula, aut triangulum cum quadrangulo vel quinquangulo, ubi summa est minor 2 rectis, aequabit aliquando reliquus summam. In caeteris omnibus judicium fiat per 4 rectos. [1]


I
II
III
IV
V
V, 9
3 { 3 Quatuor recti
3
4
5
6 Quatuor recti
3
3
4 {4 Quatuor recti
4
Infinitum. Quatuor recti
4
5
6
7
8
9
10
11
12 Quatuor recti
3ang:
4
4
5
6
7
8 Quatuor recti
5
6 {6
6 Aequat reliquos
4
5
6 Quatuor recti
4
5 {5 Quatuor rectos superat
6
7
8
9
10
11
12 Aequat reliquos
4ang.
3an-
gu-
lum
5 14 23
6 15 24
7 16 25
8 17 26
9 18 27
10 19 28
11 20 29
12 21 30 Aequat reliquos
13 22
5
6 { Infinitum. Quatuor recti

I	II	III	IV
		7 19 31	
		8 20 32	
		9 21 33	
		10 22 34	
	7	11 23 35	
		12 24 36	
		13 25 37	
		14 26 38	
		15 27 39	
		16 28 40	
		17 29 41	
		18 30 42 Quatuor recti	
		8 16	
		9 17	
		10 18	
		11 19	
	8	12 20	
		13 21	
		14 22	
		15 23	
		24 Quatuor recti	
		9 14	
		10 15	
	9	11 16	
		12 17	
		13 18 Quatuor recti	
		10 13	
	10	11 14	
		12 15 Quatuor recti	
		11 13	
	11	12 14 Quatuor rectos superat	
	12	12 Quatuor recti	
		4	
	4	4	4 Quatuor recti
		Infinitum. Quatuor recti	
		5	
		6	
		7	
		8	
		9	
		10	
4	5	11	
		12	
		13	
		14	
		15	
		16	
		17	
		18	

I	II	III	IV
		19	
		20	Quatuor recti
		6	
		7	
		8	
	6	9	
		10	
		11	
		12	Quatuor recti
		7	
	7	8	
		9	
		10	Quatuor rectos superat
	8	8	Quatuor recti
		5	
		6	
5	5	7	
		8	
		9	
		10	Quatuor recti
		6	
	6	7	
		8	Quatuor rectos superat
	7	7	Quatuor rectos superat
6	6	6	Quatuor recti

179
26
153. Summa specierum. [1]

Hactenus igitur fuit adhibita una regularitas in planis scilicet et aequalitas laterum quibus junguntur. Sciendum tamen etsi angulos inchoes non omnes tamen claudi in corpora. Sed hac viâ difficulter fortasse procedetur. Ita igitur agamus cum in planis tum in solidis. *V, 9v*

In planis punctatio necessaria est trium punctorum, in solidis quatuor; illic ut sit triangulus, hic ut sit pyramis. Illic igitur triangulus ad circulum est ut tria ad infinita, hic pyramis ad sphaericum itidem. Cumque circulus et sphaericum sint sola perfecta et regularia, regulare itidem erit quod proximè ad illa accedit. Sunt autem omnia, quae planis tribuimus, infinitâ quâdam ratione etiam in curvis; sed et plura.

	His in rectis simile si
1. Undique clauduntur in infinitum.	1. Undique clauduntur, in planis non minus tribus, solidis quatuor locis.
2. Seipsis clauduntur.	2. Solida sui similibus planis clauduntur.
3. Latera vel superficies * habent infinitos et unam * ideoque sibi similimam et simplicissimam.	3. Latera, vel plana habent omnia sibi similia et eadem, non diversa vel difformia.

4. Angulos habent infinitos et unum, ideoque sibi similimum.
5. Omnia puncta aequalibus lineis a centro absunt.

4. Angulos omnes habent aequales non varios, non difformes.
5. Centra planorum inter se, item et anguli inter se, a centro aequaliter absunt.

Haec sunt redigenda ad pauciora. Nam saepe unum ab altero pendet. Primum manet, secundum est umbrabile. Nomen enim sortitur solidum à plano, ut et speciem.

3tium videtur prius esse 4to et 5to: quae in solidis pendent a tertio. Sed in planis indidem non pendent, sed est aliud tertium, aliud quartum, quintum vero pendet a quarto et tertio.

Curva planis sunt causa aequalitatis. Plana curvis sunt causa mensurationis et compositionis mistae.

An igitur sic procedendum ut primo procedamus analyticè a sphaerico ad corpora, ab his ad plana, ut aequalitas (contrà quam hactenus ex seipsâ) ex curvo intelligatur. Postea *συστατικῶς* a planis ad curva. [1]

V, 10 Huic autem rationi illud obstare videtur primò, quod prius quid sit planum definiendum est, deinde, quod ne sic quidem dicere possum, quid sphaerico simile, nisi examen angulorum instituam.

Erit[1] igitur misto modo agendum. Nam primo dicendum de sphaerico, post de ortu lineae et superficiei, inde de ortu circuli. Post de regularibus planis, tum de regularibus corporibus, aut haec parallelo modo. Aut dicendum, quod ut ipsa sphaera unum, ita unitatis author, contra quam circulus. Illud etiam dubium, quomodo superficiem oriri dicamus, an ut quadrangulum, an ut triangulum. Triangulum sonat de esse, quadrangulum de fieri. Placet de esse initio dici.

Fortassis enim generatio rectius in lib: tertium differtur. Aut, quia in censu corporum omninò generatio scienda est, tum generatio tractanda cum ad singula pervenerimus, latiusque illa diduxerimus ut alia irregularia etiam inferre queamus. Aut differenda generatio usque in finem libri secundi. Item videtur de planis agendum esse, tamquam de re alterius, et non separata. Ita mehercule.

1. Primò est sphaericum. — Punctum unum. Punctum
2. 2 puncta in superficie — Puncta duo, Linea
3. Spacium inter puncta brevissimum pro linea
4. Tria puncta in superficie totidem lineis connexa — Puncta tria superficies
5. Quicquid interest spacij brevissimum, superficies est
6. Quatuor puncta totidem superficiebus connexa
7. Quicquid interest spacij corpus et solidum dicitur. Cur non per globum? — Puncta quatuor, solidum
8. Descriptio sphaerici

[1] *am Rand (von anderer Hand)* Ordo elementorum geometriae

9. Quidnam sphaerico proximum. [1]

Sphaericum et perfectum terminat se, et ipsum est perfectum. Itaque similimae erunt *V, 10v*
sphaerico quae et perfectae sunt in suo genere ut solida, et perfectis terminantur, et sphaerico similibus maximè, ut sunt superficies. Nam in hoc officio sunt perfectae, et sunt etiam superficies, ut sphaericum. Lineae non perfectè terminant. Solida sunt quasi materia, superficies quasi forma. Sanè sphaericum nihil nisi superficies et forma, unde quatenus solidae ipsi comparantur, et ipsae sunt superficies et formae. Sic deus forma quasi mera est: rerum formae deo similiores quam materia. Inde me solvo, quod olim dubitavi, si materia sola creatur, forma ex deo resplendet, unde igitur varietas formarum? Responsio fortè non est mera imago, sed talis imago quae et creata. Et imago est quodlibet superficiei punctum cujuslibet plani recti. Nota igitur formae, quoad essentiam, resplendent ex deo, quoad differentias, oriuntur ex rebus, ut superficies ex corporibus. Omnino[1] metaphysica et haec mathematica tradenda modo parallelo[1]. Differentia hinc est dei et formarum. 1. Sphaericum omnia sustentat, 2. seipso subsistit, at plana recta sustinentur soliditate.

Quid igitur sunt lineae? Differentiae formarum et terminationes informationis (informatio planitiei). Aut potius ipsa formarum *ἐνέργεια*, quâ qualis forma sit intelligitur. Sunt omnino motuum umbrae lineae, quia moventur res in lineis. Sunt et umbrae actionum, quia agunt stellae per lumen et angulos radiorum rationales. An anguli *ἐνέργειαι*, lineae differentiae et terminationes formarum? Sanè concursus omnium linearum, sed quid est hic concursus nisi planum ipsum? Sit ergo hoc, ut quae forma participant *τῇ*[a] *πενταγώνῳ* analogâ, imprimant et materiae characterem quinquangulum, ut pleraeque plantae, quae fructum ferunt. Propterea etiam flores sexanguli nil sunt nisi flores, quia 3 anguli sexanguli porrigunt sese in planiciem, nullum corpus claudunt.

Jam igitur hoc sic disputetur, qua ratione recta efficiantur sphaerico similia: sc: planitie.

Similia igitur sphaerico erunt solida.

Ex ijsque illa quae aequalibus planis et regularibus clauduntur.

Planum aequale quadrat in circulum, qui est mensura regularium. Circulus efficitur sectione sphaerici per planum.

Ergo cum circulus in tria 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12 etc. portiones aequales divisus, singulis lineis singulas portiones internexus est, fit planum 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12 angulum. [1]

Pro numero horum corporum[2] *V, 11*

1. Lineis accidit sectio. Perpendicularitas. Anguli 3 species. In plano circa idem punctum sunt 4 recti. Circulo mensi qui in binos rectos dividuntur linea per punctum ducta.

Anguli *κατα κορυφας* aequi

2. Parallelitas

2. Sectio parallelarum, anguli *ἐναλλὰξ ἔξω* et oppositi

3. Trianguli 3 duobus rectis aequales

4. Quadranguli 4 anguli aequales non ex perpendicularitate, quia insufficiens.

5. Reliquae habent bis totidem rectos in quot triangula anguli dispertiri possunt.

[1–1] *unterstrichen und am Rand* NB.

[2] *am Rand* An haec omnia unde tantum ita accipienda *κατ' υστερολογιαν* ex lib: 3. Vide lib. 3.

[a] *richtig τῷ*

6. Possunt autem in totidem distribui, quot habent latera 2 minus.
7. Hinc habetur angulus trianguli, quadranguli, quinquanguli, etc.
8. Inde numerus corporum, quinque. *
9. Unum alij praestat ratione angulorum.
10. Hinc duae classes, simplicium et compositorum angulorum, et proprietates.
11. Inter[1] simplices primum quod recto utitur angulo, post quod obliquos, et prius quod acuto.
12. Cognatio singulorum.

De irregularibus rectis.

Pendent omnia à regularibus paucis.
A Quadrato. Sunt *κορυφαῖοι*
Hinc omnia. Parallelogramma[2]
Quadratum. Quadrangulum oblongum
Rhombus. Rhomboides
Triangula. Rectangula, ut partes
Quadratum. Quadrangulum oblongum
Isosceles. Triangulum simpliciter rectangulum
Obliquangula, acutangula, obtusangula
Rhombus Rhomboides
Isopleuron Scalenus
Isosceles
A triangulis pendet, ut compositum
Quadrilaterum. Trapezium. Omnia multangula in genere et propter essentiam
Quae circulo inscriptilia, et quo aequalius hoc perfectiora.
Sed speciatim propter similitudinem scrupula irregularie pendent à suis coryphaeis. [1]

V, 11v In solidis.

Proxima post regularia sunt, quae adhuc circulo sunt inscriptilia, angulo aequaliter mixto et similibus lateribus in 4 minimum plagas dispersis.

Hujusmodi sunt 13. Carpendo, miscendo, dislocando, triangulis quadrangulis. Sic et * 3 rhombica inscriptilia.

A[3] cubo vero, qui regula corporum est, pendent irregulariora, non inscriptilia, irregularium planorum.

Primò quae retinent rectum angulum parallelepipeda. Deinde quacunque basi, modo quadratis parietibus. Ut pentaedrum etc.[4] Ab his pendent illa, quacunque basi, modo trinis ex uno angulo triangularibus parietibus.

Ab his omnibus tanquam totis pendent tanquam partes, singulorum pyramides homonymae.

Ab his denique vicissim omnia composita, quoque modo.

[1] *am Rand* Ascriptio mutua
[2] *am Rand* Motu geometrico quadratum et omnia rectangula
[3] *am Rand* Quamdiu planum circulo inscriptile, tamdiu solidum sphaerae. NB.
[4] *am Rand* Aliud esse videtur 13 pendere a suis, aliud, illis esse dignitate proxima.

In genere mixtorum ex recto et curvo.

Hic natura valde est operosa. Nam omnis motus est a rectitudine, nutritio motus, igitur rectitudine. At vicissim, omnis repletio, aequalitas, ornatus rotundat. Nutritio replet, saepe aequaliter procedit, ornat, ergo rotundat. Rectum igitur et rotundum coeunt.

Lineae

Quia lineis competit rotunditas (at rectis non aequa regularitas irregularitas). Prima[1] est circularis ex sphaerico et plano causata. Huic adhaeret spiralis quae mista est ex recto et curvo. Illa serpens videtur quia unum habet articulum et infinitos: haec cochlea.

Superficies

Ex[2] plano et sphaerico causatur circulus. Ab hoc conica superficies pendet, a parallelogrammis cylindrica.[1]

Corpora. *V, 12*

Unum[3] est, nempe globus ex solido et sphaerico causatum.

Sed cylindrus pendet a parallelepipedis. Conus, ut pars a cylindris.

Sola cochlea superficies an corpus dicatur superare videtur artis aemulationem. Est enim tortuosa in longum latum et profundum.[4]


Conatus *επιχειρημα* *V, 12ᵛ*


Postulemus[5] hoc initio a discipulo. Cavum sphaericum animo concipiat, nobisque concedat, in cujus medio punctum sit. Punctum vero nullam habet partem, sed solo situ intelligitur. In superficie igitur aliud signetur punctum, inter quae duo viam brevissimam alterutrum punctorum perambulet vestigijs relictis. Haec mente accipiamus de motu et vestigijs geometricis. Erit hoc linea recta punctis terminata duobus a fronte et tergo, non autem ab utroque latere, quia in latus nec quanta est nec terminari quit. Per hujusmodi rectas igitur omnes cogitamus distantias. Jam binas intelligamus rectas aequelongas in cavo sic extensas secundum invicem, ut quocunque loco ab invicem aequedistent: non in medio propiores quam in vicinis extremitatibus: inter quas duas viam brevissimam alterutra linearum cum suis terminis ad alterius terminos, nunquam alteri aequidistare cessans, admoveatur. Creabitur itaque hoc modo planities recta per lineam, lineae vero parallelae per ipsos terminos. Eritque planities terminata lineis parallelis undique, non tamen supra vel infra, quia in has regiones nec quanta est, nec terminari quit. Atque hoc modo parallelogrammum habebimus, quatuor lineis totidem angulos constituentibus clausum. Accidit in hac creatione linearum terminantium concursus, ita ut si producerentur lineae, se mutuò secarent. Inclinatio linearum ad concursum dicitur angulus. Primum itaque in quantitatibus, quarum rationes inimus sunt anguli. Eorum mensura quae sit primò constituendum. Itaque si in planitie duae lineae se secent, quatuor omninò faciunt angulos, idem punctum circumstantes, et totam planitiem occupantes. Sin ita se secent, ut aequaliter una in alteram incidens, interjaceat, quod perpendiculum dicitur, utque erecta stet super




[1] *am Rand* Circularis
[2] *am Rand* Circulus
[3] *am Rand* Globus
[4] *Der Rest der Seite enthält die Fortsetzung des Textes von V, 12ᵛ.*
[5] *am Rand von Hansch* Modus tradendi tyronibus elementa geometriae.

alteram: anguli recti dicuntur. Aliter bini fient obtusi, binis acutis interpositi alternatim. Quatuor igitur rectos idem circumstare punctum concipimus, et proinde duos ex una regione lineae punctum transeuntis. Rectus[1] igitur angulus assumitur mensura angulorum omnium, quia omnes sibi aequales. Jam cum in parallelogrammo sint anguli quatuor, eos per rectum metiemur. Primum linea secans parallelas, aequaliter ad utramque inclinatur, aequalesque cum utraque constituit angulos externos A intra oppositis B. Id non eget probatione alia, quam̀ ista, quod eadem inclinatio eundem facit angulum, cum angulus nil sit aliud quam̀ inclinatio. Eandem autem inclinationem esse ex eo intelligitur, quod sectae lineae parallelae sunt: similiter igitur ad sectricem inclinatae. Unde sequitur, si C et B faciunt duos rectos, B vero et A sint aequales, ut C et A faciant duos rectos, duo sc: exteriores. Quod interea teneatur. Jam lineis se mutuo secantibus, anguli *κατὰ κορυφὴν* fiunt aequi. Nam et A et C sunt 2 recti, C et B itidem, ergo aequi bini. Dempto communi C bis numerato, residuus A aequatur residuo B, sic et C. D. Cum ergo AC sint 2 recti, et DB itidem, sit vero E aequum cum D, f, a, g c, h b. Ergo 4 intra aequantur cum 4 rectis[2]. '







V, 12 Hic[3] jam haereo. Nam primo esset probandum, triangulum esse dimidium parallelogrammi. Tentabo. Jam et illud tenendum, oppositos binos angulos in parallelogrammo esse aequales. Verum neque hoc operosa indiget probatione, quin vel sine aliqua concedatur. Nam si eadem est inclinatio binarum quae oppositos constituunt, ijdem etiam erunt anguli. Cur autem non sit eadem inclinatio, cum binae sint invicem parallelae. Si quis tamen non credit, is et demonstrationem habet. A.C sunt 2 recti, EF itidem. Ergo ACEF sunt aequi 4 rectis. Jam AF sunt 2 recti, residui igitur CE interiores sunt residuis 2 rectis aequi. Quare et EI. Ergo aequi CE, et EI. Communem E exime, ergo C.I aequi.



Porro ducta diametro figura cadit in duo triangula, quae 4 figurae angulos aequaliter inter se partiuntur, ut singulis duo recti obveniant. Quod ut probetur. Notandum, diametrum si producatur, secare parallelas, quo in casu anguli *ἐναλλὰξ* A.B aequantur. Nam AC sunt 2 rectis aequi, C.B itidem. Ergo AC aequi sunt CB. Deme communem C. Aequantur igitur A.B. Jam O[1.] in uno et N[2.] in altero triangulo aequantur. AC sunt partes 3ti, M.I quarti, quae totos constituunt. C est aequalis M, A aequus cum I. Angulos igitur aequaliter sunt partiti. Et sic parallelogrammo trianguli tres anguli sunt 2 rectis aequi. Omne vero triangulum geminatum (alterius) dat parallelogrammum. Omne igitur habet 3, 2 aequos. '





[1] *am Rand* in quotcumque jam dividatur angulos.
[2] *am Ende des Blattes* Vide retro sign. #.
[3] *Die Fortsetzung des Textes auf fol. 12 beginnt* # signum in fine hujus paginae.

ARITHMETICA

M 3 *Arithmetica*
M 4 *Pro radicis valore*
M 5 *De radice cubica, et quadrata*
M 6 *Triangulos rectangulos ... investigari*
M 7 *Zur Schottischen Practica*
M 8 *Der Zahlen Inventarium oder Schottische Practica*

M3

ARITHMETICA: *XXII, 32*

ubi[1]

Numeralis demonstratio
angulorum laterum planorum
in regularibus corporibus.

Demonstratio
quod duo sola sint Rhombica inscriptilia.

Triangula rationalium laterum.

Cyclus numerorum i⟨n⟩cidentium
ad sectionem secundum ex⟨tre⟩mum et medium.

Tentata radicis cubicae inquisitio
per triangulares numeros.

Lusus Rhombi

Lusus cum 4 tesseris
Solutio problematis de 3 vocibus etc.

Alia [1]

[1] *Randbemerkung* Fasciculus XII.

XXII, 33

Arithmetica.

Numeri triangulares colliguntur omnes addendo prioribus proximum basi progressionis arithmeticae numerum. *

Addendi vel bases	Numeri trigonici
	0
1 ——	1
2 ——	3
3 ——	6
4 ——	10
5 ——	15
6 ——	21
7 ——	28
8 ——	36
9 ——	45
10 ——	55
11 ——	66
12 ——	78

Imparium basium hoc est privilegium, ut generent trigonos, basis ipsius multplices[1], proportionis geometricae cremento aequali minimo.

Crem:	Proport:	basis	Triang.			
	1	1	1	9	17	153
1 ——	2	3	6	10	19	190
1 ——	3	5	15	11	21	231
1 ——	4	7	28	12	23	276
1 ——	5	9	45	13	25	325
1 ——	6	11	66	14	27	378
1 ——	7	13	91	15	29	435
	8	15	120	16	31	496

[2]Pares bases inde judicantur, addunt enim sui dimidium, supra proportionalem illum suum cuiusmodi minor impar utebatur:

Bini proximi numerum efficiunt quadratum, cujus radix est basis majoris. Quadratus autem ille fit impar vel par alternis. Causa haec est, quia hi triangulares verè non sunt *ισοπλευροι*, sed rectanguli *ισοσκελεις*, possunt igitur ita componi bini, ut in uno sit diameter, in reliquo non. Tum igitur fit quadratum.'

XXII, 33v Jam vide mihi, quod 3, et 7, numeri primi constituunt perfectos 6. 28. proportionibus 2. 4. An igitur et reliqui primi perfectos? Ab 11 est 66 proport: 6.
33, 22, 11, 6, 3, 2, 1 = 78 Non.

An forte quoties proportio prioris dupla est? Ab 15 est 120, proport. 8.
60, 40, 30, 25, 20, 15, 9, 6, 5, 4, 3, 2, 12, 10, 1 Non.

An forte, quoties basis primi numeri et proportio prioris multiplex concurrunt?
A 23 est 276 prop: 12 {...} Non.

276	1
138	2
92	3
69	4
46	6

Non'

XXII, 34 An quoties proportio est prioris quadrata?

[1] *richtig* multiplices

[2] *Randbemerkung* Ut, de 3, trigonus est 6, duplum. Ergo de 4 fiat duplum 8, adde dimid: 4, scilicet 2 fiunt 10, trigonus de 4.

	Ut Basis	Triang:	
Prop			
2	3	6	Generale axiomae
2< 4	7	28	Basis est duplum proportionis, uno minus.
4< 16	31	496	
4< 64	127	8128	Non

[1]Prop	Basis	Triang	
1	1	1	An 2. 2. 4. 4. 6. 6.
2 – 2	3	6	Aliud
2 – 4	7	28	Omnes perfecti sunt triangulares.
4 – 16	31	496	
4 – 64	127	8128	Non

An quoties basis primi numeri et proportio prioris dupla concurrit.

Prop:	Basis	Tri	
1	1	1	Nam si basis est ex compositis, plurimi
2	3	6	fient multiplices, quorum summa superabit
4	7	28	tandem numerum.
[...]	[...]	[...]	
1024	2047	2096128	In hoc ordine basis semper colligitur ex multiplicibus proportionis et integra. Ratio, quia basis est duplum proportionis uno minus. [1]

Itaque perfectum talem esse oportet, cujus partes multiplices proportionis aequent basin quod non fit nisi in proportione dupla propter conditionem numeri triangularis. *XXII, 34v*

Vel, talem esse oportet, ut si scribatur medius sit primus et impar.[2]

3 14
2 7
4
2

[...] Debent autem semper impari numero esse partes hae.

8	12	8	12	248
4	6	4	6	124
2	4	2	4	62
1	3		3	31
	2		2	16
	1			8
				4
				2
				1

Addendum igitur [...] in genere nullam partem multiplicem esse debere extra proportionem duplam progressionem, excepto uno medio. [1]

Sed nondum arctissime constricti perfecti; nam et 11 etc. possunt etiam multiplicari primi. Igitur adde, medio minorem proxime debere esse unitate majorem dimidio medii. Sic enim habebis primum, qui aequat partes multiplices proxime minoris. (2047 × 1024 = 2096128 triangularis perfectus est.) Non est igitur verum, quod dixerunt, in quolibet decuplo augmento unum esse perfectum. Nam qui 5 vel 6 notis scribatur, nullus est. *Fr. VIII, 162*

[1] *Randbemerkung* Multiplicantes proportione n.
[2] *Randbemerkung* Totus et partes excepta unitate, 6 3 2 28 14 7 4 2

Sed quare perfectus nullus est, nisi in proportione dupla? Primum ipsa proportio dupla et impermixta semper quam proxime est perfecta. Semper nempe partes multiplices progressione geometrica collectae summam faciunt unitate minorem toto. *

4	8	16	32
2	4	8	16
1	2	4	8
3	1	2	4
	7	1	2
		15	1
			31

Hoc sic posito, quaeritur, quomodo unitas illa adjungi posset, ut in 28, 14, 7; 4, 2, 1? responsio: si 28 divideremus per 2 continue, fierent 14, 7, $3\frac{1}{2}$, $1\frac{3}{4}$, $0\frac{7}{8}$; summa partium $27\frac{1}{8}$, vel partes 3 posteriores fierent $6\frac{1}{8}$, def. $\frac{7}{8}$, nam debebant esse 7. Igitur pro iis si sumantur 4, 2, 1 habemus 7. Nam in 4 plus est $\frac{1}{2}$, in 2, $\frac{1}{4}$, in 1, $\frac{1}{8}$, summa non integra unitas. Sic in tota serie 1024, 512 ... usque in 1 non integra unitas plus colligitur ac si
Fr. VIII, 163 2047 pergeremus per 2 usque ad 1 dividere. Inde igitur est ', quod medius numerus debet esse primus, ceteri omnes per 2 usque ad extrema multiplices. Nam si non primus, plures essent multiplices, sin primus major duplo, jam deficeret summa, cum, si duplus praecise sit, deficiat; sin minor duplo, amplius quam medietate, jam tantundem excederet summa. Ut: 136|, 68, 34, 17, 8, 4, 2, 1 (summa 134); 20|, 10, 5, 4, 2, 1 (summa 22).

An vero in aliis proportionibus non etiam talis aliqua compensatio iniri queat? (81|, 27, 9, 3, 1 : summa 40 [81–40 = 41]; 27|, 9, 3, 1 : summa 13 [27–13 = 14].)

Igitur in tripla proportione semper colligitur dimidium, uno minus. Quod ut compensari posset, opus fortasse foret proportione sesquialtera. At tunc ii numeri fingerentur, qui alios etiam admitterent divisores. Dupla se ipsam juvit, tripla hoc non potest, semper enim ad dimidium venit. Sed hoc artificium habet, quod ex ea quaeri potest numerus, qui praecise aequat sui ipsius dimidium, fortasse, inquam. Ut si medius sit ex primis numeris, triplo major proximo ex ternariis uno minus, tum si accedat, ut sit unus insuper ex compositis, per duplationem partes sesquitotum facient. (Nota quod hoc fieri non potest, nam est oppositum in adjecto. Nam si compositi ex ternariis, igitur semper impares, qui unitate diminuti fiunt pares, ergo non primi.) Sed nota hoc: 3, 8, 24, 36
Nam hi etiam triangulares fiunt.
Huiusmodi pauci sunt: 3, 9, 27, 81, 243, forte unicus $\frac{9}{8}$?
Si tamen ponamus, 8 esse primum:

24	
8	
3	
1	
12 Bene.	

7	24 ($1\frac{1}{2}$)
6	
5	
4	
3	
2	
1	
36	

Sed quare perfecti simul sunt triangulares? Quia necessario eundem servant ordinem, quem triangulares a basibus imparibus orti, electione adhibita. *

NB. Numeros imparium basium collectu facile est ex tabula parium, facta collatione. Nunquam triangulares sunt primi. Verum ex iis, quae supra diximus, consideremus et hoc, si minor sit unitate major dimidio majoris, ut 2, 4 pro 2 sit 3.

12	5	8	40	40	Quadruplum tenta.	1	4	16	64
6				20				4	21
4				10				1	43
3				8				21	
2				5					

1 4
2 Colligunt partes $\frac{1}{3}$, si summa sit minus.
1

Triangula rectangula laterum rationalium in primis numeris.

Oriuntur ex serie quadratorum:

1		3		5		7		9		11		13		15		17		19		21	
1		9		25		49		81		121		169		225		289		361		441	
	8		16		24		32		40		48		56		64		72		80		
		8		8		8		8		8		8		8		8		8			

Nam quoties differentia duorum proximorum est quadratus, toties datur[1] casus. Ut 9 et 25 vicini differunt 16; hinc radices 3, 4, 5. Ita 25 et 169 differunt 144: ergo 5, 12, 13. *Fr. VIII, 164*

Demonstratio:

0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
0	1	4	9	16	25	36	49	64	81	100	121	144	169	196	225	

	1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21	23	25	27	29	
0	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	

* 1. In serie numerorum sunt alternis pares et impares naturaliter.
* 2. Facti a pari pares sunt vel uno vel utroque.
3. Facti a duobus imparibus impares sunt.
4. Ergo radicis paris par quadratum.
5. Imparis impar quadratum.
6. In serie quadratorum sunt alternis par et impar.
* 7. Cum augetur quadratum, augetur per gnomonem.
8. Gnomon ambit duo latera.
9. Augmentum est duplum lateris (vel radicis) plus unitate.
10. Augmenta omnia sunt ideo imparia.
11. Paribus adjectis compositi discrepant, ut simplices.
12. Numerorum in ordine naturali duplices distant binario.
13. Sic pares ordine distant et surgunt binario.
14. Ex 12. et 9. Quadratorum augmenta crescunt binario.
* 15. Differentia paris et imparis est impar.
16. Ex 15. 6. Omnes differentiae quadratorum se subsequentium sunt impares.
17. Ex 16. 13. Imparium ordo est ordo augmentorum quadratorum.
18. Omnia imparia quadrata tandem occurrunt in augmentis.
19. Quoties igitur conjunctorum duorum differentia est quadratum, toties datur casus.
20. Semper minor est radix sic inventa per quadratum inter augmenta.

Praeceptum.

Impari quadrato (quem numerum minimum poscis) unum adime: residui dimidium est medius, auctum unitate, est majus. Minimus esto 3, 9; 9 minus uno 8, dein 4 medius, adde 1, fit 5 maximus.

21. Ex 20. Minimus numerus erit semper impar.
22. Ex 19. 21. Medius erit par, maximus impar.
23. Unitate tamen major maximus minori.
24. Ex 9. et 20. Quadratum minimi est ordine integro numerorum proximum post duplum medii.
25. Ergo unitate diminutum est duplum medii.
26. Ex 19. Maximus hic est unitate major medio. Hactenus igitur duo fuerunt proximi in ordine. Quaeritur, an duo pares proximi cum minori aliquo generent alias species?
27. Differentia parium est par.
28. Ex 4. et 27. Parium differentia quadrata est paris quadratum.
29. Ex his duo soli pares esse non possunt, sed aut 1 aut 3.
30. Tres pares sunt inter se compositi.
31. Duo igitur pares proximi nullam dant speciem. [1]

Fr. VIII, 165 Itaque duo impares proximi:

1	3	5	7	9	11	13	15	17	19	21
1	9	25	49	81	121	169	225	289	361	441

8	16	24	32	40	48	56	64	72	80
8	8	8	8	8	8	8	8	8	

32. Imparia quadrata crescunt augmentis compositis ex binis iis augmentis, quibus quadrata crescunt ordine simplici.
33. Compositus ex 2 imparibus et paribus habet pares.
34. Ex 33. et 10. Imparium quadratorum ordine augmenta sunt paria.
35. In comparatione binorum augmentorum cum binis tantum bini aliis binis sunt majores, quoties singuli a singulis distant binario conjunctim.
36. In ordinatione imparium duo augmenta composita sunt ex 4 continuis augmentis superiorum.
37. Distant igitur illic singula a singulis 4 binariis.
38. Augmenta igitur hic crescunt per 8.
39. At primum augmentum est etiam 8.
40. Augmenta igitur hic sunt multiplices octonarii continue.
41. At reliqua etiam quadrata sunt multiplices octonarii.
42. Ergo hic dantur casus.
43. Quadrati multiplicium ex quaternario sunt multiplices octonarii. 4 : 16 sunt bis 8; 12 : 144 sunt 18^{ies} 8; 20 : 400 sunt 50^{ies} 8 etc.
44. Omnium quaterniorum et octonariorum eorumque multiplicium quadrata sunt in augmentis imparium.
45. Ergo a 4 ad 8, 12, 16 etc. quintus quisque fit minimus casus dati.

Praeceptum.

Numerum hac lege pro minimo susceptum divide per 4, quotiente multiplica susceptum, qui diminutus unitate dat medium, auctus dat maximum. Esto minimus 4, quod divide per 4, venit 1; semel 4 sunt 4, reliqui itaque 3, 5. Sic 8 : 4 in 8 bis, bis 8 sunt 16, ergo 15, 17. Sic 400 : 4 in 400, 100^{ies}, 100^{ies} 400 sunt 40 000, ergo 39 999, 40 001. Vel: Numerum hac lege susceptum pro minimo divide per 2, quotiente multiplica susceptum

et prodibit summa utriusque majoris, quorum medius maximo binario minor est. Esto 8; per 2 sunt 4,„quater 8 sunt 32, summa majorum, quae sic dividatur in 2, ut unus binario sit major altero: sic 15, 17.[1]

Vel *XXII, 35*

Multiplica binos impares in invicem, habebis medium; maximus est binario major. Reliquus inde habebitur [1]ex additione imparium multiplicantium[1]. Hoc in primo patitur exceptionem propter alia ejus privilegia, nam in 3. 4. 5 si is traducatur in hunc secundum ordinem. 3 est instar medij, 4 instar primi. Ergo 1. 3. est 3. 5 major 4.

1 mal 3 ist 3 compar 5	4 Uno verbo, paris propositi (a quaternario
3 mal 5 ist 15 compar 17	8 multiplicis, partes impares medio proximas in se
5 mal 7 ist 35 ——— 37	12 multiplica pro medio.[2]
7 9 63 ——— 65	16
9 11 99 ——— 101	20
11 13 143 ——— 145 etc.	24

Quid si binis intermissis ordo struatur

1	4	7	10	13	16	19	22	25
1	16	49	100	169	256	361	484	625
15	33	51	69	87	105	125	141	159
18	18	18	18	18	18	18	18	

Quaeritur an in his augmentis occurrat quadratus aliquis?

46. Omnia augmenta sunt imparia.
47. Primum est ternarij multiplex, scilicet 15.
48. Augmenta crescunt per 18, multiplicem ternarij.
49. Augmenta perpetuo sunt ternarij multiplex.
50. Non sunt ullius paris quadratum.
51. Neque ullius qui cum ternario non communicat.
52. Primum 15 est 5^{ies} ter, semper additur 6^{ies} ter. Nunquam igitur fit toties ter, ut quotiens sit pars multiplex ternarij. Sed semper 5. 11. 17. 23. 29. 35. 41. 47. 53. 59. 65. etc. ferè semper primi.[3]

Aliud initium

2	5	8	11	14	17	20
4	25	64	121	196	289	400
21	39	57	75	93	111	
18	18	18	18	18		

Eadem hic ratio. Nam 21 est septies 3. At nulla cognatio 7, cum 3.[1]

[1–1] *Einfügung*
[2] *Klammer nicht geschlossen*
[3] *Randbemerkung* Sed ideo non sequitur, non occurrere quadratum. [...]

XXII, 35ᵛ Aliud initium

3	6	9	12	15
9	36	81	144	225
	27	45	63	81
		18	18	18

Hic nulla nova species. Nam 9. 12. 15 est 3. 4. 5.

53. Cum in struenda serie tot initiò omittuntur, quot inter binos numeri intersunt: versabimur in numeris compositis. Ut 2. 4. 6. inter 2 et 4 est unus 3. Et unus etiam initio omissus, scilicet 1. Item 3. 6. 9. Inter 3. 6. sunt duo, 4. 5. Et initio omissi quoque duo 1. 2. Ita inter 5. 10. 15. | 1. 2. 3. 4. | 5. | 6. 7. 8. 9. | 10

Alius ordo

1	5	9	13	17	21	25	29
1	25	81	169	289	441	525	841

24	56	88	120	152	184	216	248	280	312	344	376	408	440	472	504	536	568	600
	32		32		32		32		32		32							

16	17	18	19	20	21	22	23	24	26
256	289	324	361	400	441	484	529	576	

Videtur nullus occursurus nam in 53, et 57 et 21 proximè acceditur: ut

53	57	
53	57	
{...}	{...}	21
2809	3249	21
3249		{...}
440		441

Inter 24 et 32 primi sunt 3. 4. Jam 3 semper additur 4, fit igitur 3. 7. 11. 15. 19. 23. 27 etc. in 8 multiplicandi quod non potest quadratum gignere parem.

Aliter

2	6	10	14	18	22	26	30	34
4	36	100	196	324	484	676	900	1156

32	64	96	128	160	192	224	256	288	320
	32	32	32	32	32				

Fr. VIII, 166 Hic rursum differentia inter duos pares est par, sicque tres pares essent; nunquam igitur instituenda parium series.

3	7	11	15	19	23
9	49	121	225	361	529

40	72	104	136	169
	32	32	32	32

Inter 40 et 32 primi sunt 5, 4, itaque fit 5, 9, 13, 17, 21 etc. octies, quare hic nihil exspectandum.

Alius ordo: *Fr. VIII, 167*

1	6	11	16	21	26
1	36	121	256	441	676
	35	85	135	185	235
		50	50	50	50

Neque hic quicquam. Nam 35 et 50 sunt in primis 7, 10; fit igitur 7, 17, 27, 37 etc., nunquam cum 50 quadrat. Ergo cum nihil omittitur, augmenta imparia crescunt binariis. Cum unus omittitur, paria crescunt octonariis. Cum duo: imparia crescunt octodenariis; cum tres: paria crescunt duotricenariis; cum 4, imparia crescunt quinquagenariis.

Repeto. 24 non sunt quia deest 1. hoc sumo de 31. Jam confideremus si impares ab 11 *XXII, 36* in infinitum colligamus, et ad 31 addemus 32 quoties opus est, an olim nil sit abundaturum. Primum ultima collectio semper erit impar. Itaque in 13, 17, nil fiet, sed in 15, 19, 23, 27 etc.

11	—	31	20
13			
15		32	
39	—	63	24
17			
19		32	
75	—	95	20
21			
23		32	
119	—	127	8
25			
27		32	
{...}		{...}	
999		1119	20
65			
67		32	
1131		1151	20

Vides in orbem redire 24. 20. 8. 20. Hoc itaque perpetuum est, et certi sumis hic nihil vestigari posse. Nam 24 sunt ipse propositus quadrandus 8, est differentia inte[1] 24 et 32 quadrantem, 20 differentia inter 12 semiquadrantum, et 32 quadrantem. Jam idem etiam in 40 tentemus, deest 9, ut sit quadratus, restant igitur 23. Gnomon proximus est 15. restat 8.

15	—	23	—	8	
17					Hic eadem ratio 32 a 40 relinquit 8.
19		32			36 quadratus a 40, relinquit 4. Et 16, quod est $\frac{1}{2}$ de 32
51	—	55	—	4	a 40 relinquit 24.[1]
21					
23		64			
95	—	119	—	24	
{...}		{...}			
275	—	279	—	4	

[1] *statt* inter

XXII, 36ʳ Causam subesse necesse est. Additur semper 8 plus posterius quam prius erat additum: nec ab hac disceditur. Ex altera verò parte semper additur quater octo. In 11. 31. accedunt ad 11, 28, ad 31. 32, differentia 4. Sic igitur sola erit differentia 24. Jam accedunt 36, 32, differentia 4, subtraho relinquet 20. Amplus: 44. 32. differentia 12 a 20 abl: relinquit 8. 52. 64, differentia 12 ad 8 ad: facit 20. Et sic consequenter. Si non cresceret gnomon octonarijs qui est pars multiplex de 32, posset ad finem perveniri, sed utrinque insuper curta est inceptio illic 28, hic 20. ... 35. 50. Fac quadratum ex 35 ad: 1, et retinebis 49 — Gnomon 13, restat 36. Ecce. 6. 11. 16. $\frac{16}{256}$ $\frac{\{\ldots\}}{220}$

Videtur hoc modo simpliciter posse expediri, si 50 quinquagies exageretur fiet quadratus, et hunc addita 35, quia non sunt 101, corrumpunt quadratum: dempta itidem, quia non 99 sunt. Sic et in 45, 55, 65. [...]

Causa igitur cur non datur casus, in omnibus signalis, est quia primum alius nutum non est duplum incrementi sui uno plus aut minus.[1]

XXII, 37 1 2 3 {...} 37 38 39 195 221 338.

Possumus autem explorare an augmenta et incrementa ab uno incipientia olim aequentur.

		Aug.	Incr.	Differentia
1.	4.	15.	18.	3
1.	5.	24	32	8
1.	6.	35	50	15
1.	7.	48	72	24
1.	8.	63	98	35
1.	9.	80	128	48
1.	10.	99	162	63
1.	11	120	200	80
1.	12	143	242	99
1.	13	168	288	120
1.	14	195	338	143

Ecce, differentiae sunt (eae)dem cum augmentis, tantum 2 locis posteriores. Videamus proportiones aug: et(iam) increm:

2	3	4	5	6	4
8 | 4	15 | 5	24 | 3	35 | 7	48 | 8 | 2	
8 | 4	18 | 6	32 | 4	50 | 10	72 | 12 | 3	

7	8	2	9	10	4
63 | 9	80 | 10 | 5		99 | 11	120 | 12 | 3	
98 | 14	128 | 16 | 8		162 | 18	200 | 20 | 5	

11	12	2	13
143 | 13	168 | 14	7	195 | ⟨15⟩
242 | 22	288 | 24	12	338 | ⟨26⟩

Jam et hoc cernimus augmenta et incrementa esse inter se compositos et admittere divisores (non semper maximos) ordine, nullo intermisso, semper illum numerum qui maximus omissorum est.

Ut 1. 2.			
1.	2.	3	2
1.	3.	8	8
1.	4.	15.	18

Ut in 1. 2. nullus est omissus, non habet igitur locum divisio, sed 3. 2. sunt inter se primi. In 1. 3. maximus omissorum est 2. Et 8. 8. dividitur per illum. Sic consequenter.[1]

Sic autem se habent incrementa et augm: in proport: *XXII, 37v*

Omissi 0. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
maximi

Proport: $\frac{3}{2}$ $\frac{4}{4}$ $\frac{5}{6}$ $\frac{6}{8}$ $\frac{7}{10}$ $\frac{8}{12}$ $\frac{9}{14}$ $\frac{10}{16}$ $\frac{11}{18}$ $\frac{12}{20}$ $\frac{13}{22}$ $\frac{14}{24}$ $\frac{15}{26}$
$\frac{1}{1}$ $\frac{3}{4}$ $\frac{2}{3}$ $\frac{5}{8}$ $\frac{3}{5}$ $\frac{7}{12}$

Tertius quisque est adhuc dividuus alternis per 4. 2. 4. 2. 4. 2. etc. Jam si numeratores per 2 multiplices sic stabunt proportiones

$\frac{6}{2}$ $\frac{8}{4}$ $\frac{10}{6}$ $\frac{12}{8}$ $\frac{14}{10}$ $\frac{16}{12}$ $\frac{18}{14}$ $\frac{20}{16}$ $\frac{22}{18}$ $\frac{24}{20}$ $\frac{26}{22}$ $\frac{28}{24}$ $\frac{30}{26}$

Et hoc in infinitum usque cum autem solus 6, et 8, sit multiplex nominis ideo in solis his ordinibus datur casus, at quo longius discessum fuerit a 4, hoc irrationalior est proportio. Estque hic propemodum eadem ratio, quae in proportione figurarum inscriptarum et circumscriptarum. Ut triangulum inscriptum est $\frac{1}{4}$ circumscripti, quadrangulum $\frac{1}{2}$ inde nil porro rationale. Et in angulis figurarum Ang: 3. 4. 5. 6. 7. 8.
Rect. 2. 4. 6. 8. 10. 12.

Plane idem contingit, quare sicut ibi nunquam pervenitur ad $\frac{1}{2}$ ita nec hic unquam, et tamen semper propius acceditur. Sed sic maximè non aequentur, an ideo casus dari nequit? Quid si namque uterque proportionis numerus statim initio efficeret quadratum consideremus. Si conjiciamus in unam summam, prima est 5, altera 8 etc. alternis par impar, surgit enim per 3. Est primus quadratus 4, restat ex 5 unum. Jam gnomon adjiciendus habet 5, at 1 et 3 est 4, 1 et 3. 3 est 7. Restant 2 hoc semper usu venit. [1]

Quad: Summa dra. *XXII, 38*

4 — 5 — 1
9 — 11 — 2
16 — 17 — 1
25 — 26 — 1
36 — 38 — 2
49 — 50 — 1
64 — 65 — 1
81 — 83 — 2 etc.

Satis constat, casum ab uno nullum dari praeterquam in 1. 3. 5. 7. 9, etc. et 1. 4. 8. 12. 16. etc. Sed an non forsan si a 2, 3, 4, etc. inciperemus. Consideremus igitur augmenta augmentorum in translato principio ab uno ad 2. 3. etc. In 1. 2. 3. transferri non potest Et tamen augm: est 2.

In: 1. 3. 2. 4.

In: 1. 2. Est 2
1. 3. 4
1. 4. 6
1. 5. 8
1. 6. 10 etc.

Comparentur ad nomina

$\frac{4}{8}$ $\frac{6}{18}$ $\frac{8}{32}$ $\frac{10}{50}$ $\frac{12}{72}$ $\frac{14}{98}$ $\frac{16}{128}$ $\frac{18}{162}$ $\frac{20}{200}$ $\frac{22}{242}$ $\frac{24}{288}$
$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{5}$ $\frac{1}{6}$ $\frac{1}{7}$ $\frac{1}{8}$ $\frac{1}{9}$ $\frac{1}{10}$ $\frac{1}{11}$ $\frac{1}{12}$

Reducantur ad easdem de nom:

$\frac{2}{4}$ $\frac{2}{6}$ $\frac{2}{8}$ $\frac{2}{10}$ $\frac{2}{12}$ $\frac{2}{14}$ $\frac{2}{16}$ $\frac{2}{18}$ $\frac{2}{20}$ $\frac{2}{22}$ $\frac{2}{24}$

Quia itaque haec augmenta augmentorum, sunt pars multiplex de incrementis, at ipsa primaria augmenta sunt pars non praecisè multiplex, summa itaque non erit pars multiplex, videamus tamen. Ubi 4, maximus omissorum. $\frac{6}{8}$ et $\frac{2}{8}$ facit $\frac{8}{8}$. Et tum est ⟨comp.⟩ cum ordo 2. 6. idem quod 1. 3. Sic $\frac{8}{12}$ $\frac{2}{12}$ $\frac{2}{12}$ $\frac{12}{12}$ sed tum 3. 9. 15, idem quod 1. 3. 5. At ubicunque impar illic numerator hic semper par est sique totum nunquam completur. Concluditur quia fieri aliter non posse, quam in 1. 3. 5. et in 1. 4. 8. [1]

XXII, 38v An vero itidem solidus angulus ex integris constitui possit?

Sumatur triangulum cujus quae circa rectum sunt compositi numeri. Vel fiat experimentum initio rudius. Substernatur triangulum 3. 4. 5. Ergo inter 3 et 4 tertius quaerendus qui cum utroque claudat rationale triangulum. Atqui infinitum esset negocium. Videantur rationes si haberemus tabellam, ubi unus numerus cum duobus vel tribus conveniret ad angulum rectum claudendum.

3 cum 4	12 —	5
4 — 3		9
5 — 12		16
6 — 8		35
7 — 24	13	84
8 — 6	14	48
15	15	20
9 — 12		36
40		8
10 24		112
11 60	16	12
		30
		63

Primus 8 est, qui ita cum 2 convenit. Igitur si 6 et 15 =[1] 2. 5 etiam convenirent: confecta res esset. Item si 12. 40. = 3. 10 si 5. 9. aut 5. 35., 1. 7., aut 9. 35. si 20. 36. = 5. 9. si 20. 8 = 2. 5. si 20. 112. = 5. 28. si 8. 36. = 2. 9. si 36. 112. = 9. 28. si 8. 112. = 1. 14. si 12. 30. = 6. 15., vel 2. 5. si 30. 63 =10. 21. si 12. 63 = 4. 21.

Quaestio in eo est. An ad duos numeros, quorum quadrata quadrato differunt, adjungi possit tertius, cujus quadratum ab utroque priorum quadratis, quadrato differat? Considera igitur affectiones requisitas. Et respice ad minimum ex societate, qui ... im-
XXII, 39 par est, memineris sequentem esse debere quadrati ejus, unitate ' diminuti dimidium, scilicet parem.

Ut ad 12 reperis societatem 5. 9. 35. Non coeunt. Nam sunt omnes impares. Si par, ergo socius debet esse impar.

In universum si sunt omnes ex socijs pares vel impares, non datur casus. [2]Si major est ex primis non datur casus.[2] Si minor impar, ej unitatem adime, et residui dimidio appone, dimidium auctum multiplica pro medio. Uno verbo si minor impar [3]neque major a quaternario multiplex, non datur casus, sin multiplex, minoris[3] dimidium majus in parem proximum ante illum minorem multiplica pro medio. Si minor par neque multiplex quaternarij casus non datur. Si multiplex, cum in duos impares invicem proximos frange et partes in se pro medio multiplica.

Tabella

3	4	16	12
4	3		30
5	12		63
6	8	17	144
7	24	18	24
8	6		80
	15	19	180
9	12	20	15

Numerus 24 habet 7 socios. Primi 7. 10. 18. sunt minores, et missi retro in classem, indicant, sequentium 4 nullum illis associari. Ergo 32 probo, tum 45, qui prodit numerum majorem quam 575 ergo 70 omitto, qui adhuc majorem daret. Causam subesse necesse est. Igitur in societate sunt aut minores duce, aut majores. Minores aut primi aut compositi, et hi aut impares, aut pares et hi ...'

[1] *Kepler* \.
[2–2] *Einfügung*
[3–3] *Einfügung*

	40		48	compositi a quaternario aut non. Si non, patet quod *XX, 39v*
10	24		99	non censeantur quia sunt pares. Rursum duces aut
11	60	21	28	sunt ex imparibus aut multiplices a quaternarijs. Si
12	5		92	impares, omnes eorum socij sunt pares. Ergo a societate ducum imparium nullus casus sperandus. Restant
	9		220	
	16	22	120	duces ex quaternarijs compositi, qui habent in sua
	35	23	264	societate vel majores se vel minores, vel primos vel
13	84	24	[7]	ex quaternarijs itidem compositos, vel compositos
14	48		[10]	impares. Primi cum primis nihil dent, pares cum
15	8		[18]	paribus nihil, impares cum imparibus nihil. [1]Sed ne-
	20		[32]	que loco minoris sumi potest compositus ex quater-
	36		[45]	narijs, deberet enim esse multiplex quaternarij, et
	112		70	non potest, quia dux est talis. Excipe ubi 3. 4. 5. per
			575	4. 8. 12 etc. multiplicatur [...] 12.16, 24.32, 36.48, 48.64, 60.80.[1]

Sequitur ergo, tantum primos minores et comp: impares cum compositis ex quaternario, casui aptos. Nam primi majores nec sunt in societate nec si essent pro medio apti essent. Censeatur hic primus et tertius modus.

Primi minores, compositi impares cum ex quaternario compositis.

Cum duces ipsi sint ex quaternarijs multiplices nullus ab illis (quatenus talibus) par assumitur. Quare si compositus ex quaternarijs adest, ille adest propter priorem aliquem ducis partem. Quos igitur novos numeros duces hi inferunt, scilicet compositos impares, inutiles sunt ad casum (nisi ubi dux est 12. 24. 36. 48). Maneat igitur hucusque in discussum. [1]

Lusus *XXII, 40*

Sit triacontaedron: rhombicum in rhombo quolibet numerus ab 1 in 30.
In hoc ordine foelices et patroni sint numeri, qui partiuntur totum.
1. 2. 3. 5. 6. 10. 15. 30. Albi coloris

Clientes qui multiplices horum ut sunt 4. 12. 20. et 9. 18. et 25.
Horum color sit aqueus. 8 24
16

Infoelices et damnati colore atro sint 7. 11. 13. 17. 19. 23. 29.
Sunt primi non pars multiplex de 30.

Denique 14. 21. 28
22
26

Primo multiplices sint fusci coloris, appellentur lictores.

Fiat quadratus alveolus in quo sint spacia tantummodo 25 ut nullum sit pro damnatis. Nam ex 25 alveolis duo maneant vacua.

[1–1] *Einfügung*

Jam patroni nihil perdunt.
Semper lucrantur quod adest in eorum alveolis:
damnati nihil unquam lucrantur, semper perdunt.
Clientes nihil perdunt, at non lucrantur, totum quod adest.
Lictores lucrantur minimum de eo quod adest, aut perdunt si nihil adest. '

XXII, 40v Patronorum et clientum et lictorum cellas ditent damnati, qui neque ejus ordinis ut sit semper quod auferat patronus, cliens, lictor.

Clientes quadrati 4. 9. 25 et duodenarius ob nobilitatem sunt proximo loco a patronis: sed contribuunt de suo socijs, sic ut primum ipsi sumant, de reliquo 4 contribuit ipsis 8 et 16. Sic 9 ipsis 18 et 27. 25 ipsi 20. et 12 ipsi 24, singulis singulos et potius 8 quam 16, potius 18 quam 27. Residuum ipsi habent.

Lictores de eo quod adest, accipiunt unum solum, reliquos patronis disportiuntur incipientes ab 1. per 2. 3. 5. 6. 10. 15. 30, indeque rursum ad 1. si tot inveniunt.
Si nihil adest lictor perdit quinque singulum enim lictoribus unum numerat. '

M 4

Pro radicis valore, *V, 87*

cum $6^{IV} + 2^{0}$ et $1^{VI} + 9^{II} + 1^{I}$ aequantur.

Primum 9^{II} et 3^{IV} aequantur. Ergo rejectis aequalibus $3^{IV} + 2^{0}$ et $1^{VI} + 1^{I}$ aequantur. Quid si sic etiam agam cum 3^{IV} et 1^{VI}. Quia radix de 3^{IV} habet denominationem^{II}, ea igitur in 3^{IV} multiplicata producit denominationem^{VI}. At quia nescitur radix de 3. Ergo tentabo etiam via contraria. Cum aequentur 3^{IV}, et 9^{II}. Ergo 6^{IV}, et 36^{II} aequabuntur.

Quare $36^{II} + 2^{0}$ aequantur $1^{VI} + 9^{II} + 1^{I}$.

Quare $27^{II} + 2^{0}$ aequantur $1^{VI} + 1^{I}$

Et quia 27^{II} aequantur 27

27


189

54

729

Quare $729^{I} + 2^{0}$ aequantur $1^{VI} + 1^{I}$

et $728^{I} + 2^{0}$ aequantur 1^{VI}.



Videtur tamen falsum, cum non possimus ita progredi cum unitate. Ergo tentetur

0 I II III IV V VI IV
1. 2. 4. 8. 16. 32. 64 6 sunt 96


6
96

64
36
2
102

Esto ut $6^{IV} + 6^{0}$ aequentur $1^{VI} + 9^{II} + 1^{I}$.

6
$36^{II} + 6^{0}$ $1^{VI} + 9^{II} + 1^{I}$
{...} $27^{II} + 6^{0}$ $1^{VI} + 1^{I}$

64
2
66 Ecce falsum



Prior numerus oblongus est, comple, accedent 8^{II}. Eritque rectangulum factum ex $3^{II} + 1^{0}$ et $2^{II} + 2^{0}$. Ut

$3^{II} + 1^{0}$
$2^{II} + 2^{0}$
$+ 6^{IV} + 2^{II}$
$+ 6^{II} + 2^{0}$
$6^{IV} + 8^{II} + 2^{0}$

VI	V	IV	III
V	IV	III	II
IV	III	II	I
III	II	I	0

Adde ergo et secundo 8^{II}. Et habuit antea 9^{II}. Summa 17^{II}. Si hoc compleatur, accedent adhuc 3^{II}, praeterea 9^{IV}, tum 4^{I}, denique 1^{III}. Eritque summa $20^{II} + 5^{I} + 9^{IV} + 1^{III} + 1^{VI}$.

Latera $1^{III} + 5^{I}$

III I 0
1 + 4 + 1
VI IV
1 + 5
IV II
4 20
III I
1 5
VI IV III II I
1 + 9 + 1 + 20 + 5

Adde ergo primo $\overset{III}{3}$. Erunt in primo $\overset{IV}{15} + \overset{III}{1} + \overset{II}{2} + \overset{I}{4} + \overset{0}{2}$

Oportet quadrata aequalia facere. Id fieri non potest, nisi sint ejusdem generis utrinque quantitates. Primum quia sunt in utraque. Ex(em)plo ^{0}, ^{II}, ^{IV}, ^{VI}. Ergo omnes intermediae requiruntur, et trinae proportionales extra ordinem progressionis, quae nomen non habent, nisi quod coincidunt cum caeteris. [1]

V, 87r Et latus constituetur ex $^{III\ II\ I\ 0}$.

Videamus

III II I 0
8 4 2 1

III II I 0
8 4 2 1

VI V IV III
64 32 16 8

V IV III II
32 16 8 4

IV III II I
16 8 4 2

III II I 0
8 4 2 1

Ad figuram itaque complendam, ubi una unitas et una sexta, semper quatuor requiruntur tertiae, tres secundae, totidemque quarta binae primae, totidemque quinta. At fieri nequit, ut utrinque veniant aequalia. Quare tantummodo ex altera parte fiat quadratum. Numeri

$\overset{IV}{6} + \overset{0}{2}$ et $\overset{VI}{1} + \overset{II}{9} + \overset{I}{1}$

Ex primo facile fieret quadratum. Quia non plus accederet quam tertiae. Sed jam secundus accipit itidem tertias, quare cum secundas habeat, accipiet et quartas. Et quia quartae sextis accedunt quintae interjiciendae. Denique quia primae sunt, solutas esse necesse est. Hinc fit ut omnibus omnes eveniant. Et quia aequantur, patet quadrata fieri posse omnino. Opus est novâ cossâ.

Sit sola sexta certo unitas. Quinta IF, quarta I(E), tertia ID, secunda IC, prima IB. Numerus IA. Incipe a primo et ultimo. Adde primo $\overset{VI}{1}$, erit secundi $\overset{II}{2}$. Primo adde $\overset{0}{2}$. Erit ejus $\overset{0}{4}$, secundi $\overset{0}{2}$

III
1
0
2
III
2
III
2

Radices retenturae sunt suprascripta nomina. $\sqrt{\overset{III}{2}}$

Quae ex ^{III} in ^{0} $\sqrt{\overset{0}{2}}$

$\sqrt{\overset{III}{4}}$. Idem $\overset{III}{\frac{1}{III}}$

Sed hoc minus est quam $\overset{III}{2}$


Jam ^{II} et ^{IV} accommodentur, ut opus erit. Sit primo secundi ^{II} 9 erit primi nihil. In secundo, latus $\overset{I}{3}$ vel $\sqrt{9}$. Multiplica in $\sqrt{\overset{0}{2}}$

$\sqrt{\overset{I}{18}}$

$\sqrt{\overset{I}{18}}$

Videtur impossibile ex utroque facere quadratum. Tenta modo rectangula complere. Aut comple sanè quadrata per minus. Ut primus est $\overset{IV}{6} + \overset{0}{2} - 1$ minus 36 quod ex radice $\overset{0}{2}$ in radicem $\overset{IV}{6}$ bis, quod habet denomin(ation)em ^{II}.

Alter igitur, cum habeat ^{VI} et ^{II} et ^{I}, desunt igitur illi ante ^{I} numeri, inter ^{II} et ^{VI} quadrata. Et cum numerus secundorum sit quadratus latus erit $\overset{I}{3}$. latus de $\overset{VI}{1}$ est $\overset{III}{1}$. Ergo desunt $\overset{IV}{3}$ hinc et illinc $\overset{IV}{3}$. Quod si tantum unitatem addideris ponentur $\overset{I}{6}$, quorum tantum $\overset{I}{1}$ adest, praeterea $\overset{III}{2}$, et $\overset{0}{1}$ quae desunt. Ergo quadrata haec $\overset{VI}{1} + \overset{II}{9} - \overset{IV}{6} - \overset{III}{2} - \overset{II}{5} - \overset{0}{1}$




$\overset{IV}{6} + \overset{0}{2} - "$
ex $\sqrt{2}$
$\sqrt{6}$'

Quadratum et numerus 9 aequat res 6 quia radix de 9, sc: 3 aequat dimidium rerum. *V, 88*

$$\frac{3}{18}$$

Idem quadratum, et numerus 6, aequat 5 res, ubi quadratum numero majus est, quia et dimidium rerum $2\frac{1}{2}$ majus radice de 6. Nam $2\frac{1}{2}$ in se facit $6\frac{1}{4}$.



* Idem q: et n. 3 aequat 4 res.

In triangulo ABC aequilatero D, E sint puncta sectionum, portiones majores AD, EC, minores BD, AE. Ducantur ex E et D ad BC parallelae EF, DG. Et connectantur FG, DE. Erunt ergo AFE, ADG regularia et aequilatera triangula, quare ut DA ad AF, sic DG[a] ad FE. Sunt itaque in continua proportione DG, FE, GE, vel DF et quadrangulum DFEG circulo inscriptile. Quadratum ergo DE, vel FG, rectangulum nempe diametrorum, potest rectangula DF, GE, hoc est quadratum DF et DG, FE. Si ergo probaveris duplum potentiae FE, aequale esse, rectangulo FE, DG et quadrato FD, confecta res est. Vel quod idem est, si mediae potentiae duplum aequet potentiam minimae, potentiam mediae, et rectangulum ex minima et media, vel si potentia mediae aequet potentiam minimae et rectangulum ex minima et media, vel si potentia mediae aequet rectangulum ex minima et maximâ. Id per se verum. Si recta secetur proportionaliter, quod ex tota in minorem partem, aequum esse ei, quod ex media quadratum. [1]




XXII, 153v Ergo sic demonstretur. Cum recta AB secta sit proportionaliter in D, recta verò AC in E. Constituatur ergo AG aequalis AD, et AF aequalis AE et connectantur DG, GF, FE. Cum ergo pars minor AF de majori AD sit subtracta, et AE de AG, residua FD, EG erunt iterum minores de totis AG, ⟨AD⟩, sectis in E, F. Sed AE, AF est aequalis EF, et AG, AD, aequalis GD. Nam ACB est aequilaterum, quare et EAF, GAD, propter communem angulum A, et bina circa illum latera ex hypothesi aequalia. Quare FD vel EG est minor, FE major, GD tota. Et cum aequilatera et aequiangula sint EAD, FAG, bases ergo ED, FG aequales. Cumque GEF, DFE sint residua aequalium AEF, AFE, erunt aequalia. Est verò etiam EGD aequalis FDG. Sic in quadrangulo EFDG bini ad idem latus aequales. Igitur in circulo inscriptile quadrangulum. Quod igitur ex FG in ED aequale, hoc est quadratum alterutrius, aequale est junctis ex EF, DG et EG, FD. At quod ex EF in GD aequale est quadrato EF et rectangulo ex FE, EG (residuo FE ad DG). Et quod ex EG in FD, est quadratum alterutrius. Ergo quadratum ED aequat

[1–1] *am Rand zur Figur*
[a] DC *Kepler*

quadratum EG, quadratum EF et rectangulum EF, EG. Hoc est, quadratum AE, quadratum EG, et rectangulum AE, EG, sed EG quadratum et rectangulum AE, EG, est unum rectangulum EG, GA. Ergo ED aequat AE quadratum et ' EG, GA rectangulum. *XXII, 154* At AE quadratum aequat EG, GA rectangulum. Ergo q: ED aequat q: AE bis. Sed et linea quae occultè sub solido angulo ducitur, aequat AE partem minorem de toto latere bis: cum contravenientium laterum in octaedro angulus sit rectus, et linea proposita connectat extremitates 2 minorum partium. Ergò aequales sunt omnes lineae sicque in octaedro descriptum est icosaedron.


Quod si de tetraedro idem vis demonstrare, nota initio, quod abhinc facie 3 retro AB in duobus planis non debet approximare, si a communi A demittatur, sed a C distare in uno per BC in altero per BE quantitatem, ut si ACE illic sit basis, distantia demissarum e sublimi est FB.

Esto FBN triangulum. Et NO latus tetraedri. Scis ergo ex figura octaedrica, quod FB possit duplum de FA (retro). Dein ex tetraedrica retro scis AG, GB aequari. Bisecentur NF, NB in P. Q. Erit ergo PQ dimidium FB. Et poterit $\frac{1}{2}$ de FA (retro)[a]. Cumque sint CFB, EAB similia, erit AB tota, BF major. Sed AB tota dupla est ad AG majorem. Ergo BF major dupla est ad GH majorem. Sed et dupla est ad PQ. Ergo aequantur tota PQ et GH in plano. '




Simum cuboctaedricum. *XXII, 154ᵛ*

Designatur vel in cubo vel in cuboctaedro, rectius illic. In plano cubi designetur ABCD quadratum inscriptile medijs lateribus. Et super unum latus statuatur semicirculus. Et sit semilatus quadrati FE perpendicularis diametro DC. Connectantur DF, FC, et abscindatur ab FC, linea CG aequalis FD, ex residuo FG fiat quadratum figurae quaesitae. Habes situm perfectum, quod si connexeris angulos obliquorum quadratorum proximos, lineae intra cubum cadentes aequales erunt FG, et facient triangulos. Fient a quolibet angulo egredientes 3, fient 36 et 12 in planis sunt 48, triangula igitur 30, quadrata 6. Modo intorqueantur omnia quadrata.



Cum enim FD, GC in omnibus planis sint aequales, rectus vero angulus duorum FD ex diversis planis concurrentium, quae ergo connectit angulos F et comparem, potest duplum potentia FD. Vocetur occulta. Jam DFC rectus, quia HFG. Ergo quia FE est semilatus quadrati potest $\frac{1}{8}$ de DC, eique aequalis EI, residua IC potest $\frac{1}{4}$ de DC, igitur CI potest duplum IE. Simile vero DFC, respondet ergo FD, FE. FG, CI. GC, IE. Itaque FG potest duplum FD vel GC, est igitur aequalis occultae. Sed falsum de duorum FD recto angulo, falsa igitur tota demonstratio.




Ergo alia. Latus cubi quodlibet bisecetur, et a 4 bisectionibus ABCD in totidem angulos ad eandem plagam ' ducantur AE, BF, CG, *XXII, 155*


[a] *) fehlt bei Kepler*

DH. Creabitur novum quadratum IKLM. Nam AHE BEF similia. Aequales ergo HAE, FBE. Itaque AHE, BIE habent aequales A. B et communem E. Tertium igitur AHE, tertio BIE aequalem et rectum utrumque. Recti igitur quatuor ad I sic de omnibus angulis. Aequiangulum igitur IKLM quadratum. Sed et aequilaterum. Aequales enim EA, CG etc. aequalium sc: triangulorum. Aequales et EI KF etc., et IB, AM etc. quia aequalium triangulorum. Ergo residua KI, IM etc. aequalia. Jam ergo a quolibet angulorum IKLM ternae per soliditatem cubi ducantur lineae ad plana cubica duo similiter distincta sic ut media duobus KF, duorum planorum subtendatur, extremae duobus LD, vel KC. Demonstratio gemina est.

Prima fit per triangulum aequicrurum ex 2 BF, et subtensa quae potest FB, BH, ergo potentia est sesquipla ad FE. Sit BN $\frac{3}{2}$ ad FE in potentiâ. Nota ergo quod FKC, FIE similia FC, CE aequa, quare et FK, KI et dupla CK ad EI, sic et BI ad IE, vel IK. Ergo BI est $\frac{1}{5}$ de BF, et BK $\frac{3}{5}$ de BF. Si FB 5 dat $\frac{3}{2}$ de FE in potentia, FK 2 dabit minus. Nam ut FB ad FK, sic BN ad KO, et potentiae proportio quadrupla, sc: ut FB 25, ad FK 4.[1] Ergo KO potest $\frac{6}{25}$ de FE, sed KI ut potentia $\frac{2}{5}$ potest tantum $\frac{4}{25}$, ergò adhuc falsa est assumptio. Est tamen certa inclinatio. Circumponatur eodem situm quadratum. [1]



XXII, 155ᵛ



AB latus cubi, CD latus simi. Inclinatio certa, sed alias probanda est angulus EDC. CE dimidium ED. Continuetur AC, et ad AB latus cubi ducatur parallela CF, fiatque GH aequalis AF. Nam latus unum quaesitorum erit CM, alterum CK. MK vero erit talis qualis CD. Cum ergo sit MNK rectus, ut et MLE, IFC etc. Et MN dupla ad NK. Poterit MK quintuplum NK, quare et MC, CK. Sed NK est EC vel LF. Ergo MK vel MC poterit quintuplum CE. Potest autem MC, duos ME, EC. Ergo DE, EM aequales, sed EM potest EL, LM vel DO, quae sunt eaedem in diversis planis. Ergo et ED potest LE, DC. Et quia MK et KC sunt aequales, quare et KC poterit quintuplum LF, vel EC. Potest autem linea CK duas CI, IK, vel FG. Ergo CI, IK sunt quintuplum CE. Sed CI potest CF, FI. Ergo duplum CF potentiae, et FG potentia sunt quintuplum CE vel LF. Antea verò MN, hoc est LG potuit quadruplum NK, vel EC vel LF aequales, ergo LFG. Sed FG, FL aequales, duplum ergo CF potentiae est quadruplum potentiae FL. Et FC potentia est dupla ad potentiam FL. Sic et LE. Cum autem ED possit LE, DO. Ergo ED

[1] *am Rand* $\frac{3}{2}$ $\frac{4}{1}$ $\frac{6}{1}$ $\frac{25}{1}$ $\frac{6}{25}$

potest DO et bis EC, potest autem ED etiam quadruplum EC. Ergo EC, et DO aequantur, aequalis vero est EC parti DP, ergo EC pars et DO totum sunt aequalia, quod est impossibile.[1]

[2]Coagulum. *Fr. VIII, 183*

Sphaericum est loco primo. Id tria habet: punctum, superficiem et aequalitatem diastematis. Punctum medium unum est pendetque ejus unitas ex definitione superficiei et diastematis. Superficies se ipsa una et finita est, quia in se redit, definitur puncto et diastemate. Diastema est veluti proportio, est enim collatio puncti ad superficiem. Ejus unitas in aequalitate consistit, ut ' sit quasi proportio aequalitatis. Admittunt tamen duo *Fr. VIII, 184*
ultima variationem, puncto semper eodem, admittunt tamen non ad punctum collata nec ad se mutuo, sed ad sui similia, causa longitudinis. Sic sphaera una est et non una. Una formaliter, non una materialiter. Nulla hic generatio, nisi fictitia et monstrosa. Ex puncti ad punctum fluxu brevissimo est recta linea; ex lineae a duobus ad unum punctum fluxu brevissimo est superficies recta, ex superficiei a 3 punctis ad unum fluxu est corpus. Ex linearum sectione sunt anguli. Sectio praecipua est perpendicularium, cum anguli fiunt aequales. Jam antea vero planitiem substravimus qualicunque fluxu lineae a 2 punctis ad unum, extra lineam duorum, ut superficies recta sit intra tria ejusdem lineae puncta. Omnis igitur duarum linearum angulus est in certo plano.

Cum non concurrunt rectae lineae in eodem plano, dicuntur parallelae: ergo lineae fluxus talis, ut quae fluit maneat interea basi parallelos, regularis est. Cum autem etiam extrema lineae fluunt per perpendiculares basi, rectus etiam fluxus est. Denique cum perpendiculares sunt aeque longae fluenti et basi, figura regularissima gignitur.

Omnes regulariter generatae sunt quadrilaterae et quadrangulae. Ducta per oppositos angulos linea dividit illam in aequalia bina triangula, quae pro varietate generatorum sunt varia. Ex triangulis componuntur quinquangula, sexangula etc. in infinitum usque, eaque singula variorum generum.

Haec est genesis planorum; sunt enim tria genera; generata, recisa, composita. Pulchritudo et quasi forma eorum est ex circulo. Fit circulus, cum plano secatur sphaera. Pauca aliquot habent suam regularitatem ex corporibus, quae claudunt. Potius enim corpora faciunt plana regularia, quam ut ex planis fiant solida regularia.[2]

Cum planum plano parallelum manet in fluxu, regulariter creatur solidum. Cum fluit *XXII, 156*
perpendiculariter, rectum fit solidum; cum quadrilaterum regulare, aequilaterum et aequiangulum fluit tam alte, quam longum est latus[3], corpus creatur omnium regularissimum, quod cubus est. Cubus et talia sectus plano cadit in duo prismata aequalia.

* Prisma binis superficiebus sectum in tres cadit pyramidas triangulibases. Ex pyramidibus triangulibasibus varijs componuntur pyramides multangulibases, ex his et illis denique multiplana corpora. Sunt tamen et sectiones aliae et compositiones, ex quibus oriuntur regularia solida.

Cum quatuor non oppositi cubi anguli resecantur sic ut sectiones in quatuor reliquis angulis concurrant, restat regulare excisum, quod tetraedron dicitur. Id tegitur undique in cubo, habens angulos in cubi angulis, latera in cubi planis. Cum idem cubus 6 prismatis, basi quadrata, lateribus caeteris lateris in basi partibus majoribus tegitur, fit *regulare compositum*, quod dodecaedron dicitur. Cubus hoc tegitur ' undique et latera *XXII, 156v*
cubi singula sunt in singulis dodecaedri planis, angulique in angulis. Haec ergo sunt primaria regularia: Generatum, exsectum, compositum, ang: rect:, ac⟨uti⟩, ob⟨tusi⟩.

[1] *unten am Rand* Aliter initio capto
[2–2] *fehlt in der Hs.*; *Wiedergabe nach Frisch*
[3] *am Rand* Parallelepipeda

At cum trium horum centra rectis connectuntur, rejecto quicquid est ultra lineas, oriuntur tria secundaria regularia, tamen et ipsa angulo recto, acuto, obtuso: quadrilaterangulum, trilaterangulum, quinquelaterangulum, octaedron, tetraedron, icosaedron. Sic redit exsectum in seipsum, fiuntque numero quinque regularia.

Ex compositione laterum binorum sociabilium in decussim et contectione sive auctione per pyramidas basibus cognomines, oriuntur rhombi proximo loco post regularia, cuboctaedricus, tetratetraedricus, qui cubus est, et icosidodecaedricus. Sunt numero 7, potentiâ 9.

Ex concisione horum omnium, hoc est recisione angulorum, quae fit per bisectionem laterum, oriuntur quadrilaterangula 9 alia in potentia, sed actu tantum 4. Nam ex so- 10
XXII, 157 ciabilibus binis unum, ex tetraedro octaedron. Sed nobiliora quae a regu ' laribus, quia diplania et congenerilatera. Ignobiliora rhombica, quia triplania et diversilatera, ubi cubi loco rhombici censiti. Concisum est mistum cubicum. Illis nomen mistorum ex sociabilibus dari potest. Utrisque nomen est concisorum, cognomen ab origine. Summa 13, potentia 18.

Ex diplanijs oriuntur sima quinquelaterangula, recisis non una sectione angulis. Cumque duo sint diplania illa, quibus octaedron associatur. Ex octaedro quidem icosaedron. Caetera amittunt et plana quae loco angulorum accesserunt, sortiunturque profundiora. Summa horum 9 in potentia sed 2 actu. Summa 15. Ex triplanijs resectione sedium quae loco angulorum venerant, oriuntur trunca 3 alia, sed 2 in potentia. Nam 20
quod his accensetur diplanium ex cubo, loco rhombi habito, resectione sedium oritur aliquod intra censendum. Summa 17. Haec duo possunt rectius immediatè deduci a sua origine, illa a regularibus, haec a rhombis, resectione angulorum profundiore, quàm per bisectionem. Ex quinque regularibus curtatione angulorum tali, ut sector in plano aequet residuum, oriuntur 5 curta. Nam rhombi nequeunt curtari: fient enim octangula
XXII, 157v inaequiangula. ' Ergo in genere post ortum regularium et rhomborum, sequitur triplex sectio. 1. Cum sectio pertingit ad medium lateris. 2. Cum non ad medium. 3. Cum ultra medium.

	Comp:	Generat.	Exsectum
Primaria	Dodecaedron 3	Cubus 1	Tetraedron 2
Rhombi	Icosidodecaedricus 7	Cuboctaedricus 6	Tetratetraedricus, cubus 1
Secund:	Icosaedron 5	Octaedron 4	Tetraedron 2

Regularia.	Concisa seu secta medijs lateribus.	Secta seu curta intra medium.	Secta seu trunca ultra medium.
Cubus 1 Octaedron 4	Cuboctaedricum mistum 8	Curtus cubus 12 Curtum octaed: 13	Simum cuboctaedricum 17
Tetraedron 2 Tetraedron: 2	Tetratetraedricum mistum seu octaedron 4	Curtum tetrae: 14 Curtum tetrae: 14	Simum octaedricum seu icosaedron 5
Dodecaedron: 3 Icosaedron: 5	Icosidodecaedricum mistum 9	Curtum dodecaedron: 15 Curtum icosaedr: 16	Simum icosidodecaedricum: 18
Rhombus icosidodecaedricus 7	Concisus rhombus icosidodecaedricus 10	Irregulare penitus	Truncus rhombus icosidodec: 19

Rhombus tetratetraedricus. Cubus 1	Concisus rhombus tetratetraedricus, seu mistum cuboctaedron: 8	Curtus rhombus tetratetraedricus seu cubus 12	Truncus rhombus tetratetrae: seu curtum octaedr: 13
Rhombus cuboctaedricus 6	Concisus rhombus cuboctaedricus: 11	Irregulare penitus	Truncus rhombus cuboctaedricus 20 [1]

Inscriptio

XXII, 158

* Hinc patet inscriptio regularium. Regularissima, cum omnia latera sunt in omnibus planis, anguli omnes in non omnibus


1. Cubo, Tetraedron
2. Dodecaedro, cubus
   Secundaria, cum anguli omnes stant in omnium planorum centris,
3. In cubo octaedron.
4. In octaedro cubus
5. In tetraedro tetraedron.
6. In dodecaedro icosaedron
7. In icosaedro dodecaedron.
   Tertio, cum anguli omnes sunt in lateribus omnibus, et plana aliquot in planis omnibus ut
8. In tetraedro octaedron
   Quarto, cum anguli omnes in lateribus omnibus, sed non in medijs, plana aliquot in planis omnibus ut
9. In octaedro icosaedron
   Quinto, cum latera aliquot in planis omnibus sunt, nec anguli in angulis, ut
10. In cubo dodecaedron.
11. In cubo icosaedron ejusque omnes anguli in omnibus plana
    Sextò, cum anguli omnes sunt in planis aliquot, praetereaque nihil, ut
12. In icosaedro cubus.
13. In icosaedro tetraedron.
14. In octaedro tetraedron
    Septimò, cum anguli aliquot sunt in planis omnibus, ut
15. In tetraedro cubus.
16. In tetraedro dodecaedron.
17. In octaedro dodecaedron
    Octavò, cum anguli omnes in lateribus aliquot, ut
18. In dodecaedro octaedron.
19. In icosaedro octaedron [1]
    Nono, cum anguli omnes in angulis aliquot, nihilque praeterea, ut *XXII, 158**
20. In dodecaedro tetraedron.
    Decimò, cum plana et anguli aliquot in planis omnibus, ut
21. In tetraedro icosaedron.

Cubi[1] anguli quatuor resecti usque ad angulos 3 circumstantes dant tetraedrum.

[1] *Randbemerkung* Novum quid

[1]Potentia BE ad p: EG est ferè ut 2 ad 15.

120	16	44	4560	19	3600 | 256 | 14
120	16	44	4320	19	1044
14400	{...}	{...}	4080	{...}	256
3600	256	1936	3840	361	1300
18000		256		32	
136 | 137		2048		329	
{...} |				3	
				299	
				43	
				256	



Si AE diameter, EF erit latus sexanguli, FA trianguli. Nam AEF $\frac{2}{3}$ recti. EAF $\frac{1}{3}$. Ita AF, FG sunt eadem latera.[1]

Huic respondet in planis constructio trianguli regularis in quadrato. Sic divide BG, ut BE et tota possint duplum EG. 1 ☿ sit BE. EG 60 − 1 ☿ *

60 − 1 ☿

3600 − 120 ☿ + 1 ♃


3600 + 1 ♃		aequat	7200 − 240 ☿ + 2 ♃
+ 240 ☿ − 1 ♃			240 ☿ − 1 ♃
240 ☿	+ 3600	aequat	7200 + 1 ♃
	3600		3600
240 ☿		aequat	1 ♃ + 3600

BE ferè 16. EG 44[a]. Et pot: BE ad pot: EG[b] ut 1 ad 8. BAF $\frac{1}{2}$ recti, EAF $\frac{1}{3}$, BAE $\frac{1}{30}$, BEA $\frac{5}{6}$ $\frac{}{150}$ *

Sit EA 100000. Erit BE	2588190	BA 9659258	9659258
	2588190	9659258	2588190
	{...}	{...}	7071068
	6698727476100	93301265110564	7071068
	50000000000000		
	33493637380500		
	10047091214		

Ita divide AG, ut FG dupla possit partes

2 ☿ et 2 ♃ + 1 − 2 ☿	60.	1 − 1 ☿
4 ☿ et 2 ♃ + 1		1 − 1 ☿
2 ☿ et 1 ♃ + $\frac{1}{2}$		1 − 2 ☿ + 1 ♃



Summa AG diagonium divide in proportione in qua sunt ad invicem latera sexanguli et trianguli. Et per F in ED, indeque in A duo lineas. Ergo FG potest $\frac{1}{3}$ de FA. Ita cubus 12 latera vesti 12 planis in certa inclinatione pro dodecaedro. Simile in planis est, ut omnia quadratilatera tendent omnia circumjecti pentagoni. Si cubum, dodec: tetr: vestias planis aequè inclinatis creantur rhombi. Si angulos usque ad centra planis re... creantur secundaria regularia.[1]

[1–1] *am Rand zur Figur*

[a] 60 *Kepler*

[b] 9 *Kepler*

M 12

Institutionum Geometricarum[1] *V, 13*

Liber III.

De magnitudinum Rationibus.

Quid sit ratio.

Ratio aequalitatis.

An aliud sit 2 ad 3 sc: ratio
Aliud hoc, ut 2 ad 3, sic 4 ad 6,
sc. proportio.

Rationum aliae species.

3 4 5
9 16 25

Omnis geometrica ratio est quodammodo aequalitatis.
Caeteroqui mechanica saltem esset.
Sed tamen aequalitati propior ratio numeri ad numerum, quam quadrati ad quadratum etc.

* Mensura quid. Ratio quarum rerum quaeratur, sc: *ομογενῶν* Et quae sunt ejusdem, aut similium. Igitur numeris rectissime ratio exprimitur.

Instituitur autem vel inter lineas, vel inter angulos, vel inter superficies, vel inter solida, vel inter rationes ipsas. [2]At non inter rectam et curvam superficiem, rectam et curvam lineam, lineam et superficiem, superficiem et corpus. Rariùs etiam, et *ἀτεχνοτερον*, inter *ἑτερογενεῖς* figuras. Inter parallelogramma et triangula quidem ut inter partem, et totum, inter triangula et multangula, ut inter simplex et compositum.[2] Ut ratio superficierum quadratorum est dupla rationis linearum. 2 et 4 lineae proportio dupla, 4 et 16 quadrata proportio quadrupla, dupla alterius.

Vice versa.

Proportioni susceptae quaeritur saepe subjectum sive casus, data specie rei, ut triangulum rectangulum, cujus tria latera sint invicem proportionalia.

Hic omitti non potest, quin parallela tradantur.

Multa aequamus, quorum neutrum scimus. Multae sunt rationes incognitae. Hae
* sunt aliae necessitate. Quando autem ratio cognoscitur, id jam fit per Mensuram.[3] Saepe autem occultâ utimur comparatione, erit cum jubemur dimetiri aream trianguli. *V, 13** Tantundem enim est, ac si juberemur comparare rationem lateris, pedem longi, et lateris triangularis, cum ratione areae quadratae prioris, et posterioris triangularis. Hic jam investigandi probabiles regulas teneamus. Quae simul à nihilo ad maximum aut ad infinitum perveniunt, eorum unum alterius causam et mensuram esse credibile est. Sic, ubi aliquibus positis reliquum ignotum non posse varium esse intelligimus, Certum videtur viam esse ejus investigandi ex illis, quae necessitatem illi afferunt. Praecipue in symmetris. Item ubi datur majus et minus, probabile est dari et aequale. Angulorum

[1] *am Rand* Num. 2 *(nicht Keplers Hs.)*
[2-2] *am Rand*
[3] *hervorgehoben durch große Schrift*


mensura ordinariè est rectus, saepe in re praesenti etiam alij, linearum nulla per se, quia lineae non *σημαντιζονται*. Planorum mensura quadratum solidorum, cubus; Rationum aequalitatis ratio.

NB. Arithmeticae proprium nihil est, quam addere et subtrahere. Jam multiplicare pertinet ad parallelogramma, dividere itidem. Regula proportionum ad lineas proportionales.

Imo, addere et subtrahere est numerare puncta. Multiplicare et dividere est numerare quadrangula. Hinc alia etiam arithmetica radicis quadratae et cubicae. Sic tandem regula detri est numeratio proportionum. Omnes species quantitatum peculiare dant genus numerationis. Et tamen multiplicare et dividere videntur merae arithmeticae. Oblongulum autem proportio magis, quam additio, quamvis ex additione est proportio.

| | | |

numerus, cum quolibet, constituit unam [1](Quilibet cum quolibet) sc: si sint inter se primi. Altera ratio inest in lineis ad invicem, in superficiebus ad invicem, in corporibus, in angulis ad invicem, latissimè patens, sive ea sit jam λογικη sive αλογος. Et quidem λογική aut est ρητή, et tum numeralis, aut ἄρρητος linearum per superficies, superficierum per corpora. Nam si non sint ρηται in numeris et mensuris linearum, at sunt in linearum quadratis ρηταὶ.



Secundum quam rem aliquid majus et minus dicitur, in eâ re primò inesse et ratio *V, 15* statuenda est. At secundum omnem quantitatem, ergo initio de ratione. Verumtamen, majus et minus rectè ad librum primum pertinet an non? Est sane omnia rationum. Et relationem manifestè infert. Cumque in libro 3 tradentur aut scientiae sint futura aut artis, si scientiae, utique erit scientia rationum et proportionum in antè definitis quantitatibus. Itaque totum hinc[a] differendum, arithmeticum et geometricum.

* Quid de Rami *Εφαρμώσει*? Res ipsa principium est geometricum, forma, definitio, et nomen, est mechanicum. Itaque per se petitur ut intelligamus, cum proponimus duas quantitates aequales. Stultum est dicere congruas aequales. Sanè. Si termini aequales, si interjectio aequalis, si partes omnes aequales, tota igitur aequalia. Rhetoricè. Ascriptio in lib: 2 est, pertinet ad perfectionem. Quonam igitur modo procedendum jam in

[1] *Klammer fehlt*
[a] hunc *Kepler*

libro tertio? An incipiendum à solidis? An a planis? Videtur a planis, et adjungenda solida modo parallelo. Si a planis, num a triangulo? An a quadrangulo? An a circulo? In genere, an a perfecto? An ab imperfecto? Sanè a perfecto. Ergo in planis a quadrato. Et in genere a causa perfectionis. Utroque nomine a circulo. At quid in circulo demonstrabile? Et quid inest aequalitatis in rectangulis, quod non sit a circulo? Praesupponatur et assumatur aequalitas et circulus ex lib: 2 et fiat initium a planis. Fortassis illa mentio praemitti potest, diametri *αλογιαν* ad circulum. Et tamen circulus mixtae est essentiae, ideo parcendum ad finem: ne statim initio contra leges peccatur *ετερογενεα* * comparandi.

Rursum igitur incipiendum a triangulis, et assumendum ex lib: 2 quod habeant 3 duobus rectis aequales. Aut isthaec omnia fortè ex hoc loco *καθ' ὑστερολογίαν* petenda. At quomodo schematismi priores erunt rationibus? An haec ad essentiam schematis pertinent, cum cursus linearum angulatio, anguli differentes species. Et quatuor anguli
V, 15v circa idem punctum. Ita sanè. ' Nihil enim haec sunt, nisi instrumenta ad definiendas figuras. Sed num et illud unam lineam non esse longiorem summâ reliquarum. Sanè. Nondum enim aequatur, quod comparatione minus est. Sed quid? Tres duobus aequi, nonne aequatio haec? Sanè aequatio: et perinde jure pertineret ad librum tertium. Sed sine hoc non possunt intelligi corpora. Necessarium enim est cognitu sicut unam lineam breviorem summa reliquarum, sic, unum angulum minorem summa reliquorum. Quamquam quid opus verbis metiri angulos non est mensio vera, fit enim per circulum, qui ad rectilinea non quadrat, ergo toto gradu diversum quid est. Nullo igitur incommodo libro secundo. 10 * 20

Igitur hic nos tantum exerceamus. 4 recti primo insunt parallelogrammo rectangulo propter perpendicularitatem. Id quomodo in cetera derivari demonstrabitur? Non est quidem difficile generalem affere[a] demonstrationem. Sed excellentius inest rectangulo, quia aequaliter. An primo gradualiter demonstrandum, postea ostendenda varietas? Esset, si caeterorum esset eadem conditio. Nam in multis aut non idem inest, sed analogo aut inest, sed ineffabile. Benè. Oportet percurrere universum EUCLIDEM et singulas considerare propositiones, quae ex quibus pendeant. Igitur[1] habet optimè quod pleraque eorum quae lib. II sunt. Referuntur inter postulata ab EUCLIDE. Ita et nos sphaericum praesumere possumus. etc. * 30

Ætημα 1. utile est ad protrahendum triangulum eâdem normâ in quo primo inest planities. Sed simile in corpore postulabimus.

Propositio I. Nihil est fere, nisi manere velimus in lib: 2 hoc mechanicum, item in descriptione circuli, rectas aequales. Additio melior quae est P: 22.[2] An verò quod tam facile fit triangulus, non ideo, prior est triangulus Non.

P. 2. 3. *αιτηματα*

P: 4 Est hac propositione aliqua prior sc: cum in triangulo sex sint, 3 anguli, et 3 latera, quibuscumque tribus ex his 6 datis cum suo situ, reliqua tria proportione certâ inferuntur, cum ad se, tum ad data. Dentur 3 anguli, datur proportio trium laterum etc. sed nota (cum suo situ). Jam secundo. Datis 3 angulis vaga est quantitas laterum: datis 2
V, 16 cum latere uni opposito aut latus cum 2 adiacentibus ' angulis, sive 2 latera cum uno quocumque angulo sive tria latera certa sint, certa erunt et reliqua. Sin quatuor quaecunque sint certa reliqua et proport: et quantitas certa sunt quod inde probatur. Jam ex hoc est aequatio p: 4.10, quia ubi idem efficitur triangulum, aequatur, idem autem efficitur vel non. Inde p: 8. 40

P. 5 quot latera sunt aequalia, tot anguli, et contra. Adhaeret 6, latus majus majori


[1] *am Rand* lib: 1
[2] *am Rand* Et p: 23, de constituendo angulo
[a] *richtig* afferre 50

angulo objectum et contra. [1]P: 18.19. Ad hanc continuitatem pertinet etiam prop: 24.25. Aucta basi augetur oppositus angulus et contra.[1]

At non, si trina simul aequalia[a] ergo et simul aliter proportionalia.

P: 9.10. Angulum isoscelis bisecare simul cum basi opposito[b]. At non proportionaliter aliter. Est similis p. 5ae.

P: 11. 12. Inde perpendicularis a signo, in signo tractio.[2]



P: 13 est postulatum. P. 14 inde pendet.

* P: 15. De angulis *κατα κορυφήν* ex 13.

P. 16. Insufficiens. Nam si *ἔξω* aequat interiores et oppositus simul sumptos, superat
10 igitur singulos seorsim. Sic et p: 17. Nam si 3, sunt aequales 2 rectis, ergo 2 sunt minores.

P. 20. De lateribus longioribus pertinet ad lib: 2. videtur esse postulatum.

P: 21. Praebet exemplar tractandi continue per suos casus. Triangula super eadem basi, quo humiliora hac breviora latera, hoc majorem continent angulum, et quantum crescit verticalis, tantum decrescunt duo ad basin.

P: 27.28.29 sunt de angulis *ἐναλλὰξ* in aequidistantibus. Videtur postulandum lineam in aequidistantes aequis incidere angulis. Puta lineam rectam in rectas. Notandum enim postulata debere esse singularia magis et sensibus priora: Ne suspecta fiat postulatio. Nec quod in uno datur, in altero sub eodem genere collocato statim datum est.

20 P: 30 mera postulatio est. P: 31, docet parallelogrammum describere.

P: 32, cum 29 comparari potest. Linea secans aequidistantes exterum infero angulum facit aequalem non aequidistantes secans, tanto facit majorem, quantus est in concursu non aequidistantium.

P. 33 est perinde ac si diceremus, si aequidistant, aequidistant. Cohaeret cum 31.

P: 34 est de affectione parallelogrammi. Hactenus de triangulo et parallelogrammo. Jam de affectionibus parallelogrammi manifeste ea methodus, quam ego concipio. Primo enim inest quadrilateris parallelogrammis aequealtis, aequalitas, inde triangulis.

[3]P: 35.36 Addi potest, ut si sit major basis, tanto majorem fore et planitiem, et proportionaliter.[3]

30 P: 37. 38. 39 ut et additio ⟨p:⟩ 40. Inde p. 41 comparatio parallelogrammi et trianguli.

* P: 42. Jam est *πρακτικη ενδεικτος* tamen. De transmutandis planis in alias species. Hucusque de parallelogrammis, nunc de partibus. P. 43. Hinc 44 practica, docens penitus transformare triangula in quadrangula. P: 45, 2 parallelogramma in parallelogrammum.[1]

Prop: 46. 47. Summa fere est lib: 1. Diduci potest admirationis causa, quod in quacumque proportione sint latera, quadrata tamen aequentur. Et nota hoc inesse in regulari. An alicubi etiam dimidium aequari demonstretur? Sane in triangulo aequilatero, at non in variatis cruribus idem manet angulus. Quod inde patet. In circulo infiniti trianguli super eandem basin sunt angulo ad centrum aequales. At illius crura non semper
* 40 idem efficiunt. Nam aliquando duplum basis, aliquando (sc: in infinito) simplum. Campani additio est *πρακτικη*, duo quadrata jungere. *V, 16ʳ*

Hactenus liber primus.

Consideremus jam finem quorsum velimus tandem. Certum est lib. 1 propositiones sic ordinatas, ut una juvet alteram: Et posterior sequetur ex priori. Nihilominus, sunt

[1–1] *am Rand*
[2] *am Rand* Hucusque continua demonstratio
[3–3] *am Rand*
[a] *Korr. aus* aequales, *Hs.* aequalea
[b] opposito *Kepler*

quaedam quae aliorsum etiam sunt utiles. Jam si ad *ακρα* propositionum tendamus, videbimur priora ferè frustra dixisse, sin in singulis finiamus, videbimur artem tradere, non scientiam. Ergo dissimulatis, quae sequentur, contenti simus cuilibet subjecto suum assignasse proprium scientialiter. Incipienti rursum obstat, si prius generatur quadrilaterum quam trilaterum, cur ergo in trilatero primò inest ratio planitiei? Responsio non inest ej primò, sed intelligitur ex aequidistantibus. Contra an non ut inter 2 puncta primò linea, sic inter 3 superficies, inter 4 corpus. Responsio mala comparatio. Nam sicut inter[a] 2 puncta interest linea, propter fluxum unius puncti ad aliud, si(c)[b] inter 2 lineas planum, propter fluxum unius lineae ad aliam, sic inter 2 plana solidum, propter fluxum unius solidi ad aliud. Contra, tamen aliquid inest in triangulo et pyramide prius quadrangulo et cubo? Responsio. Natura fiduciam nobis addit contra haec tentandi aliquid. Deinde quia inest triangulo, quod non originaliter per parallelas demonstretur. 3. Numquid etiam in physicis simplicior est pars toto, gignitur tamen primò totum. Prius igitur et origine non quadrangulum simplicitate triangulum. 4. Vel ipsum rectangulum hoc arguit, quod jure optimo prius est obliquangulis, et tamen mutilum apparet. 5. Aequale semper ducit ordinem, sicut et rectus angulus. 6. Ergo sit planicies in triangulo pro intellectu. Contra. At praeclaras habet proprietates triangulum propter hanc praerogativam? Responsio. Non minus elementum in physicis, neque tamen primo definitur. ¹

V, 17 Lib: 2. P: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Affectio rectanguli si cum partibus comparetur. Intelliguntur per se. In 5. 6. 8 parumper addendum. P. 9. 10 ejusdem est argumenti, sed tota fundatur in ratione quadrati. P: 11 tandem affert thesaurum et fundatur prioribus, sed nondum proditur. P. 12 videtur finem rectius consequi, perficit doctrinam p: 46. Sicut et 13. Ita verò pergere sola lectione laboriosissimum erit, et Ramus ante meminit omninò plurimum etiam. Quid quod Ramus jam magnam partem laboris in se suscepit, ordinando propositiones. Contra. Ramus non semper indicat, unde probentur propositiones. Igitur conquirendi ex Euclide praecipui thesauri, ut ex lib: 1.

	Problemata insignia
1. Triangulum habet 3, 2 rectis aequales.	1. Triangulum ex datis concinnare *
2. Figurae aequealtae ut bases sunt.	2. Perpendicularem ducere *
3. Subtensa recto potest latera.	3. Plana in alias figuras transformare et in quadrata etc. *
lib: 3	Lib: 3
4. Angulus ad centrum duplus est anguli ad circumferentiam	4. Circuli centrum invenire *
5. Ejusdem basis in circulo anguli aequales.	5. Ex puncto extra tangentem ad circulum demittere *
6. Binos oppositos quadrilateri in circulo 2 rectis esse aequos.	6. Ex arcu circulum continuare *
7. Triangulum super diametrum, esse rectangulum.	7. Data linea, et dato angulo circuli portionem lineae imponere, in qua angulus consistat. *
8. Linearum in circulo, utcumque se secantium partes binae unius aequale faciunt parallelogrammum, illi quod a binis alterius part:	8. Circulo proposito et angulo portionem angulo congruentem rescindere. *

4.

[a] inte *Kepler*
[b] *am Rand unleserlich*

* 9. Linearum ab uno puncto extra circulum in eum incidentium, rectangula quae fiunt a portione extra et totis, aequantur quadratis tangentium, et invicem.

9. In dato circulo dato triangulo aequiangulum triangulum describere.

* [1]10. Quadrilateri oppositorum utrumque exprimit tangens circulum in alterutro reliquorum angulorum cum incidente quadrilateri diametro alternatim.[1]

10. Et circa etiam assignatum.

* 11. In triangulo dato circulum.
12. Et circa.
13. 14. 15. 16. De quadratis.


Hic priusquam pergamus, subsistendum. Nam inventa est alia demonstratio gnonomis, ut puto magis propria. Nam illa antiqua caeci ducimur rem videntes, causam ignorantes.[2] Quadratum duplum triangulo, triangulum aequum triangulo, triangulum dimidium quadrangulo. Videtur igitur quasi sola delineatione constare. At nos sic.

1. Triangula habentia singulos angulos singulis aequales, habent latera in eâdem proportione. Sequetur[3] haec ex intellectu proportionum, et ex prima trianguli proprietate.

* 2. Perpendicularis[4] in rectangulo facit partes similes toti.

3. Eadem est crurum proportio et in toto triangulo, et in singulis partibus. [1]

* 4. Parallelogramma[5] aequealta, sunt ut bases. *V, 17v*




5. Ergo si aequealtarum 3 bases sunt proportionales, ipsa quadrangula sunt proportionalia.

* 6. Ergò perpendicularis ex recto angulo per subtensam ejusque quadratum ducta secat illud in 2 partes inter quas quadrangulum ab ipsa perpendiculari et subtensa est medium proportionale.

* 7. Illud[6] autem quadrangulum a perpendiculari et subtensa, aequat alterum a cruribus.

Hactenus posterior pars demonstrationis.




* 9[a] Parallelogrammum a cruribus est medium proportionale inter quadrata crurum ad 16. 6ti.

8. Rectangulum in gnomone est medium proportionale inter quadrata. Ad. 16. 6ti.

Quia ergo duo crurum quadrata sunt proportionalia rectangulo crurum per 9, et rectangulo perpendiculi et subtensae per 7, et quia duae partes quadrati a subtensa sunt itidem proportionales rectangulo perpendicularis et subtensae per 6, proportione eâdem per 3, igitur juncta: illa junctis his, duo quadrata uni sunt aequalia. Natura duce incedendum est. Hic autem citius pervenitur, illa enim via antiqua non est opinabilis. Hic quatuor assumptorum, tria sunt per se pulchra theo-

[1-1] *Hinzufügung*
[2] *am Rand* 4 Esd: b. V. 38
[3] *am Rand* Prop: 4ta 6ti
[4] *am Rand* P: 8va 6ti
[5] *am Rand* P: 1. sexti
[6] *am Rand* Per lemma ab 27.10 mi.
[a] *korr. aus* 8

remata imo omnia quatuor. Antiquam nescimus admittant[a] rhombi hic scimus non admittere propter proportionem.



Syllogismus. Si sint binae et binae quantitates inter quas aequalia utrinque media sint proportionalia, proportione eâdem, alternae alterius et junctae junctis aequales erunt. Vel idem medium et eadem proportio, requirit etiam eadem extrema. Inter 2 partes quadrati maximi, et inter 2 quadrata minora idem est medium, et eadem extrema, quare etiam eadem proportio.


[1]An, si ACB, sit aequalis angulo ABD, BC maneat proportionalis inter AC, CD? Nego. Nam CBD obtusus est BCD acutus, minor igitur. Ergo minus BD linea CD. Major igitur superficies CE, quam DF. At si BC esset medium rationis aequalis foret.[1]

Major ex explicatione proportionis sequetur. Ut, in minima *αναλογία* sunt 4, 3 termini et ipsa terminorum ratio. Jam datis quibuslibet duobus, datur tertium, exceptis 2 extremis. Sic semper in argumentando ex generali deducenda specialis, praesenti negocio accommodata.

Brevius


GH, HC, HE } sunt continue proportionales
GH, GC, GE }

Ergo ut { GH ad HE, sic GI ad CD
GH ad GE, sic GI ad AB[1]



V, 18 At sicut sunt ad invicem GH tota, et partes GE, EH, ita etiam sunt ad invicem totum GI et partes GF, FH. Ergo sicut GI ad IE, sic eadem GI ad CD
GI ad GF, sic eadem GI ad AB?
Cumque duorum ad idem eadem sit ratio, duo erunt aequalia, AB et GF, item CD et EI.

Syllogisticè



Quae singula A.B singulis C.D sunt aequalia juncta junctis sunt aequalia. [2]Communis notitia vera etiam de proportionalibus.[2] Sed in majori quadrato circa rectangulum duo segmenta, (quae perpendiculum ex recto angulo trianguli demissum constituit) duobus minoribus quadratis singula singulis sunt aequalia. Ergo segmenta quadrati majoris juncta (hoc est totum) minoribus quadratis junctis aequale est. [3]FK est ad KG, ut FE ad EG. A est ad KG, ut FE ad EG. FEH, HEG proportionalia, ut FE ad EH, sic HE ad EG. Ergo ut FE prima ad EG tertiam, sic A quadratum secundae, ad CD quadratum tertiae.[3]

[1–1] *am Rand zur Figur*
[2–2] *Zusatz*
[3–3] *am Rand zur Figur*
[a] ad admittant *Kepler*

Demonstratur minor.

Quorum duorum ad idem CD eadem numero est proportio, illa duo sunt aequalia.
* [1]Communis notitia vera etiam de aequalitate. Demonstratur tamen ab EUCLIDE 1:5, p:5.[1]

At $\left.\begin{matrix}\text{Minimi quadrati B et minoris segmenti D}\\ \text{Medij quadrati B et majoris segmenti C}\end{matrix}\right\}$ $\left.\begin{matrix}\text{[ad idem]}\\ \text{de quadrato}\end{matrix}\right\}$

maximo, ad idem quadratum CD maximum est eadem proportio.

Ergo quadratum minimum B (brevioris circa rectum) et
medium A longioris

C minus D maximi (recto subtensa) segmentum sunt aequalia.
majus C

Demonstratur minor.

Proportio totius recto subtensae, ad suam partem $\left.\begin{matrix}\text{majorem}\\ \text{minorem}\end{matrix}\right\}$
est proportio $\left.\begin{matrix}\text{una}\\ \text{una}\end{matrix}\right\}$. Communis notitia.
At $\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{medium}\end{matrix}$ quadratum, et segmentum maximi $\begin{matrix}\text{minus}\,2\\ \text{majus,}\end{matrix}$
ad totum maximum, sunt in eâdem proportione, in qua sunt
$\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{matrix}$ segmentum subtensae ad totam subtensam. Ergo $\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{medium}\end{matrix}$
quadratum, et segmentum maximi $\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{matrix}$ ad totum maximum sunt
in proportione eâdem.

Minoris est gemina demonstratio. Prius igitur faciliorem.

Parallelogramma sub parallelis lineis sunt ad invicem, ut ea proportione in qua bases. Major est in genere de aequealtis vera, estque proxima communi notitia non tamen omninò.[1]

At totum quadratum maximum et segmentum ejus $\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{matrix}$ super *V, 18v*
tota subtensa, et ejus parte $\begin{matrix}\text{minore}\\ \text{majore}\end{matrix}$ constituta, sunt parallelogramma sub ijsdem parallelis.
Ergo totum quadratum maximum,
et segmentum ejus $\begin{matrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{matrix}$ sunt ad invicem in ea proportione, in
qua bases, tota subtensa et pars ejus $\begin{matrix}\text{minor}\\ \text{major}\end{matrix}$ ad invicem.

Hic major et minor probandae.

Major; in praesentia non demonstratur. Esset enim generaliter demonstranda. At hic
* specialiter tantum assum: requiritur. Est prima sexti. Minor per partes probatur, 1. sub

[1-1] *Zusatz*
[2] *am Rand* Sic est A ad CD, ut EF ad EG. Sic B ad DC, ut GF ad FE.

ijsdem parallelis, ex hypothesi divisionis. Summum et imum latus quadrati sunt parallelae. Est definitio quadrati. Linea inter quas sunt totum et segmenta, sunt summum et imum latus quadrati, Ex hypothesi. Ergo lineae quas inter intersunt totum et segmenta sunt parallelae.

Jam quod sint parallelogramma.

Parallelogrammum divisum per parallelam lateri, cadit in duo minora parallelogramma. Sed quadratum est parallelogrammum, et dividitur linea lateri parallela. Ergo cadit in segmenta parallelogramma.

Minoris pars prima

Parallelis descriptum est parallelogrammum. Definitio, Quadratum parallelis describitur. Definitio. Est igitur parallelogrammum.

Altera quod parallela dividatur.

Duae ejdem perpendiculares sunt parallelae; lib: 1 Generaliter. Latus et sectrix sunt eidem sectae perpendiculares. Ergo latus et sectrix sunt parallelae.

Minoris pars una de sectrice est hypothesis. Altera de latere, est definitio.

Jam in tertio syllogismo alteram partem minoris demonstremus.

Super tres lineas proportionales constituta singula quadrata, sic est quadratum majoris ad quadratum mediae, ut maxima linea ad minimam. At quadrata duo majus et
V, 19 $\left\{\begin{smallmatrix}\text{minus}\\ \text{medium}\end{smallmatrix}\right.$ ' sunt constituta super proportionales. Totam subtensam et latus circa rectum $\left\{\begin{smallmatrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{smallmatrix}\right.$ ubi pars subtensae $\left\{\begin{smallmatrix}\text{minor}\\ \text{major}\end{smallmatrix}\right\}$ tertia proportionalis est. Ergo sic habet quadratum majoris lineae sive subtensae, ad quadratum mediae sive $\left\{\begin{smallmatrix}\text{minoris}\\ \text{majoris}\end{smallmatrix}\right\}$ lateris circa rectum, majoris ut subtensa tota ad segmentum $\left\{\begin{smallmatrix}\text{minus}\\ \text{majus}\end{smallmatrix}\right.$.

Major in genere demonstratur per correlarium P: 17mae 6ti. Minor partem ex hypothesi (quoad vocabula quadratum constitutum super etc.) Parte reliqua, quod 3 dictae sint proportionales demonstratur in 2 correlario, p: 8. 6ti. *

Jam comparemus has 2 demonstrationes, videtur prior pulchrior. In utraque per proportiones inceditur. In prima, quadrata oblongo, et segmenta eidem oblonga primum fiunt proportionalia, inde singula quadrata singulis segmentis aequa. Hoc sensui propius est. In secunda, quadratorum singulorum ad maximum proportio aequiparatur proportioni partium singularum ad totam subtensam. Inde segmentorum singulorum ad totum (itidem q: maximum) proportio aequatur proportioni eidem singularum partium ad totam subtensam. Indeque singula quadrata singulis segmentis fiunt aequa.

Quod igitur illic fuit oblongum, id jam est quadratum maximum, ad quod cum minora quadrata, tum segmenta referrentur. Hoc discrimine, quod oblongum fuit medium in proportione conjuncta, hic maximum quadratum est major terminus in proportione simplici. Tum etiam in prosyllogismis est discrimen. Nam in prima quadrata oblongo facile per lineas utrinque fiunt proportionalia, deinde, segmenta eidem oblongo per alias lineas, demum lineae ipsae, lineis prioribus, sive ratio rationi. At in secunda, quadrata maximo per lineas longius petita demonstratione proportionantur, segmenta eidem maximo per easdem, facilius. Quid opus verbis? Posterior demonstrat de figuris universis superstantibus, prior tantum de quadratis, quevis ex quadratis etiam ad alias est derivatio. '

V, 19v Suspenso instituto excurramus. An duae proportionales inter datas reperiri queant.

Videtur in octaedrico inquiri posse. Nam si octaedrici sectio quadratum est, latus octaedri surgens est aequale quadrati lateri. At quo magis oblongatur sectio hoc brevior

fit a latere surrecta in verticem, ut si oblongum fiat ut nihil ad infinitum, surrecta videatur aequare dimidium diametri, caeteroque semper major hoc diametri dimidio. Atque ex hoc ipso modus iste refutatur. Nam in proportione 1. 8. 64. 512. Oportet 64 fieri minorem dimidia 512.

Quid si cubum efficiamus ex datis lineis? Aut cubicum? An forte ex 3 ultimis tantus efficitur, ac ex 3 primis.

An vero ex 3 primis semper dimidium ejus efficitur, quod ex 2 ultimis?

An hoc tantum in dupla. Ita 1. 3. 9. 27

$\frac{3}{27}$ $\frac{9}{243}$

$\frac{1}{27}$ $\frac{9}{81}$

2. 4. 8. 16. Minime

$\frac{4}{32}$ $\frac{8}{128}$

$\frac{2}{64}$ $\frac{4}{512}$

Consideremus sic: collatione facta ad quadrata. Ut prima ad tertiam, ita quadratum primae ad secundam. Ut prima ad quartam, ita cubus primae ad secundam. Sed in quadrato sunt etiam aliae proprietates, 1. ut oblongum extremarum ita quadratum mediarum. Huic quidem respondent haec duo.[1] 2. ut solidum trium, ita cubus mediae. Sed plura tenta an cubus mediae cujuscumque aequat, solidum trium caeterarum.

8. 12. 18. 27 18 27

1. 2. 3. 4 $\frac{18}{144}$ $\frac{12}{\{\ldots\}}$

$\frac{18}{324}$ 324

Non. Nam quia tres utrolibet extremae sunt continue proportionales, oblongum extremarum aequat quadratum mediae, jam non esset aequalis altitudo. Sed sic potius. Solidum ex $\frac{3}{18}$. $\frac{3}{18}$. $\frac{1}{8}$ aequat solidum, ex $\frac{4}{27}$. $\frac{2}{12}$. $\frac{1}{8}$, sic: $\frac{2}{12}$. $\frac{2}{12}$. $\frac{1}{8}$. $\frac{3}{18}$. $\frac{1}{8}$. $\frac{1}{8}$. Sic $\frac{2}{12}$. $\frac{2}{12}$. $\frac{4}{27}$. $\frac{1}{8}$. $\frac{3}{18}$. $\frac{4}{27}$. Sed hactenus nihil juvamur. An igitur sicut media in circulo, sic mediae in sphaerico reperiuntur? Id alibi. Jam ad Octaedron redeatur. Quod a duobus cubis rejicitur, ut duo maneant tetraedra: Id angulis introrsum versis dat octaedron. Fiat comparatio. Cubi latus 8, planum 64, solidum 512.[2] Jam resectarum pyramidum longitudines laterum trilinearium sunt diameter plani cubici, eorum igitur quadratum est 128. Facto autem octaedro latera cubica sunt introrsum versa. Duo cubi sunt 1024. Quadratum secti octaedri 128. altitudo 8. ' Ergo penecubus 128 cujus $\frac{1}{3}$ est soliditas octa- *V, 20*

$\frac{8}{1024}$

edri sc: $341\frac{1}{3}$. Et duplum $682\frac{2}{3}$, octaedrum totum, subtractum a 2 cubis 1024

$341\frac{1}{3}$, restat pro 2 tetraedris. Et $170\frac{2}{3}$ pro uno. Ergo ut 512 ad $170\frac{2}{3}$, sic tetraedrum in cubo ad cubum totum, sc: ut 1 ad 3.[3]

Jam et illud scire praestiterit, rejectis 4 tetraedris minoribus, quantum maneat in residuo octaedro. Si lateris tetraedri q: est 128, erit dimidij q. 32, [...] restat 96 q: per-

[1] *Wiederholung* 1. ut oblongum extremarum ita quadratum mediarum.

[2] *am Rand*

8		Cubus 3
$\frac{8}{64}$	128	Resect: 2 Semioctaedron
$\frac{8}{512}$	$\frac{8}{1024}$	Resid. 1 Tetraedron
$\frac{341\frac{1}{3}}{170\frac{2}{3}}$ Resid.	$\frac{3}{341\frac{1}{3}}$ Resect.	

[3] *am Rand* Et sic proportio est tetraedri ad octaedron in aequalibus lateribus, sc: 1 ad 4.

pendicularis in plano, cujus $\frac{1}{3}$ est $10\frac{2}{3}$ quod subt: a 96, restat $85\frac{1}{3}$ altitudo figurae. Idem etiam si sequi debet, quadrupletur $10\frac{2}{3}$, sunt $42\frac{2}{3}$, id ab 128 ablatum $85\frac{1}{3}$ relinquit. Cujus pars $\frac{1}{6}$ (pro $\frac{1}{4}$ lateris). $\frac{256}{3} \times \frac{16}{1} \times \frac{256}{48}\ \frac{256}{48} \mid 5\ \frac{16 \mid 8 \mid 4 \mid 1}{48 \mid 24 \mid 12 \mid 3}$ est $5\frac{1}{3}$ a centro ad planum. Sed quid hoc opus est. Altitudinis figurae quadratum est $85\frac{1}{3}$, hoc ductum in planum rem praestabit. Lateris plani potentia 128, dimidij lateris plani potentia 32, perpendicularis potentia 96, multiplicetur in dimidij plani potentiam 96

32

{...}

3072. Ergo radix de 3072 est

planities plani $85\frac{1}{3}$

{...}

262144.

Multiplicatum igitur quadratum numeri qui planum exprimit, in quadratum altitudinis dat quadratum soliditatis triplae 262144 | $512170\frac{2}{3}$

25 |

{...} |

Haec antea sciebam, nec opus erat, longa inquisitione. Jam in planis si latus lateris duplum, planum plani est quadruplum. In solidis solidum solidi octuplum. Totum igitur tetraedrum est octuplum resecti, et quatuor resecta sunt dimidium totius, octaedron
V, 20v igitur est dimidium parentis tetraedri $85\frac{1}{3}$. [...] ' Cum ergò tetraedron inscriptum sit $\frac{1}{3}$ cubi, et octaedron tetraedro inscriptum sit $\frac{1}{2}$ pars tetraedri, erit octaedron $\frac{1}{6}$ pars cubi, cui angulis ad centra effigitur. Sumatur illa $\frac{1}{6}$ cubi, sumatur etiam tetraedron aequorum laterum, quod erit $\frac{1}{8}$ totius tetraedri, quare $\frac{1}{24}$ cubi. Jam sumatur dimidium octaedri, quod erit $\frac{1}{12}$ cubi: Jungantur $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{24}$ erunt $\frac{3}{24}$ $\frac{1}{8}$ cubi. Et efficiant et ipsa cubum. Cubus igitur est cubi octuplum. At hoc longè facilius fiet per duplicationem laterum.

Quid si quaeramus quadruplicationem cubi sic. Esto possibile, ut cubus quadruplicetur. Et proponatur cubus, cujus duplicatio petitur. Dividam cubi latus in aequalia, eritque cubus cubi $\frac{1}{8}$, quadruplicatur hic, fietque $\frac{4}{8}$ praecedentis cubi sc: $\frac{1}{2}$, rursum quadruplicetur fietque $\frac{4}{2}$ praecedentis, sc: duplum. Ergo datis duabus lineis in proportione $\frac{1}{4}$ duas invenire medias proportionales. Primum arithmetice.

Esto prima 3, quarta 12, secunda 1ɾ.

3 dat 1ɾ – quid $\frac{1ɾ}{3}$ dant $\frac{1ɾ}{3}$ quid $\frac{1ɾ}{3}\ \frac{1ɾ}{3} \times \frac{1ɾ}{3} \times \frac{1ɾ}{9ɾ}$

Aequantur $\frac{1ɾ}{9ɾ}\frac{1ɾ}{19}$ cum 12 1ɾ 108

Hic quoque ad cubum pervenitur. Antea semissi proxima fuit proportio $\frac{4}{5}$ 64. 80. 100. 125 quia bis 64 est 128.[1] Quaeratur quoque similis.

2. 3.
4. 6. 9
8. 12. 18. 27
32

3. 4
6. 8
9. 12. 16
27. 36. 48. 64

3. 5.
9. 15. 25
27. 45. 75. 125
1. 8

4. 7
16. 28. 49
64. 112. 196. 294
246

5. 7
25. 35. 49
125. 175. 245. 343
500

8. 4. 2
$\frac{1}{2}$ $\frac{1}{4}$ $\frac{1}{8}$



An fortassis ex aequali angulorum incremento aliquid colligi possit. Primum si omnes 4 aequales angulus est semirectus, et si a centro ducatur ad sectionem una centralis 90 est rectus. At si infinita superatio

[1] *am Rand*

125.	100.	80.	64
		$\frac{1\,9}{80\,16}$	
27.	9.	3.	1
1	3.	9.	27

unius ad alteram, angulus est nullus. At si ut 5 ad 1, angulus est 30, centralis 60. At si ut 13 ad 1, angulus est $22\frac{1}{2}$, centralis 45. At si est ut $2\frac{1}{4}$ ad 1, angulus $37\frac{1}{2}$, centralis 75.

Conjungamus 0. 90. 1 . 1.
$37\frac{1}{2}$. 75. $2\frac{1}{4}$. 1.
30 . 60. 5 . 1.
$22\frac{1}{2}$. 45. 13 . 1

Nam igitur aequaliter cum angulo augetur proportio, quandoquidem prope minimum angulum maxima fiunt augmenta, prope maximum minima, prope medium mediocria. NB. Si proportio primi ad tertium est $\frac{1}{4}$, ad 4tum est $\frac{1}{8}$. dupla sc: illius. Et si ad 3 est noncupla, est ad 4 vigeseptupla, tripla sc:[1]

Datis duabus duas medias proportionales invenire. Comparentur cum una media aut secum invicem in solido. Sunto 30. 60. Primum si ex ijs fiat parallelogrammum diameter poterit 3600. Sed perpendicularis media 1800. Ergo perpendicularis est $\frac{2}{5}$ potentiae *V, 21*

900
4500

diametri. An sint proportionales diameter longa, media, minima?

4500 3600 1800 900

Minimè. Consideremus itaque potentiam potentis perpendicularem et diametrum

4500 [1]Sed potentia mediae inter utramque est: 45
18 18
6300 360
45
8100000[1]

Amplius fiat solidum ex longa et minima bis 30 900
30 60
900 54000

Hujus solidi quaeratur diagonius
Potentia diametri supra fuit 4500
Jam potentia minimis 900
1. Est itaque potentia diagonij 5400
Fiat etiam solidum ex minori et longa bis 4500 — 60
3600 30
2. Cujus diagonij potentia 8100 1800
60
108000

Tertio fiat solidum ex datis et medio. 60
30
4500 1800
1800 1800
3. Hujus diagonius sic 6300 1440000
18
Solidum sed prius dividendum per radicem 1800. 3240000

[1-1] *am Rand*

Videtur diagonius 2 aequare summam primae et 2dae. Esto

8. 12. 18. 27. Datae: 8. 27. 27 216
8 27
216 1512
432
5832 solidum

64 27 Prima 27
729 27 Secunda 18
793 diametri potentia 189 Summa 45
729 54 45
1522 diagonij potentia 729 225
180
Nihil est. 2025

Summa haec est, quia sicut cubus primae ad secundam, ita prima ad quartam, et contra sicut prima ad quartam sic cubus primae ad cubum secundae, itaque si prima ad quartam in numeris datur, cubus etiam primae ad cubum secundae dabitur in numeris. Ergo si proportio primae ad quartam est alia quam cubica, cubus etiam primae ad secundam aliter se habebit, quam numerus cubicus ad numerum cubicum. Si hoc, ergo neque quadratum, neque ipse secundus erit ad primum effabilis. At si ultimorum sit proportio 1.4 aut similis $\frac{4}{9}$ erit numerus 2dus effabilis in quadrato. Sin autem sit ut 1. 8 aut $\frac{8}{27}$ tum ipse etiam secundus effabilis est. Si non est neque ipse effabilis, neque ejus quadratum, ergo in plano etiam demonstrari non possunt 2 mediae. Omnino igitur adeunda solida. Si rectangulum datarum inscribatur circulo, sagittae se habent ut 1 ad 5, et minor ad minorem ut 1 ad 8.[1]


V, 21v Aliter. Ex datis fiat rectangulum, illique circulus circumscribatur. Tum in segmentum a majori latere subtensum conferatur et minus latus junctum majori ex una parte, portio circuli quae inter duo reliqua utriusque sic junctae extrema interest, in 3 aequalia dividatur, et ad duo puncta ex eodem initio reliquae duae ducantur. Has duas cum datis compara, excessus permuta nam maximarum minimus erit excessus illum si ad minorem addideris, habebis secundam, a minimâ. Hoc theorema probetur. Videtur locum habere posse probetur prius lineam quae habet dimensam longitudinem, tantum semel si in 3 partes dividi posse, ut illae 3 partes sint proportionales, major tamen una dimidiâ alterius. Id autem non est verum. Ocularitur quidem media est $\frac{1}{3}$ totius. Ergo quantum una superatur, tantum altera superat. Haec autem est proportio arithmetica. Nam in geometria medium semper est minus $\frac{1}{3}$ totius ut

8. 12. 18 Fiat igitur solidum altum maximam, quadratis parallelis a minima. Con-
12 siderentur residuae a centris planorum ad sphaericum. Diameter q: mi-
8 noris. 900 Majus latus 60
38 900 60
$14\frac{2}{3}$ 1800 $\surd$ 3600 potentia

3600
18
5400 potentia diametri, 1350 dim: diametri potentia. 900 diametris potentia. Ergo 1350 $\surd$ – 30, est sagitta sphaerica à centro quadrati. Sic 1350 $\surd$ minus 15 est sagitta oblongi.[1]

V, 22 In adjecto schematismo BA 1. ED 2. AE 3. DF 4. GK 5. LM 6. BA est ipsius DF $\frac{1}{2}$, et GK quinta est differentia primae et tertiae (ut videtur 16. 24. 36. 54. 81 differt 81, et 36 per 45. Hic non est.[1] Sed demonstretur. Fiat AE aequalis BN, et erigatur recta NK [...]

[1] *Klammer durchgestrichen*



Igitur NH et AF parallelogramma sunt aequa et similia, ergo etiam AH et NF. Praeterea DH et GE aequalia, quare etiam HC, CE. Praeterea ut FD ad DE, sic EA ad AB. Ergo ut FI ad IE, sic EG ad GB. Sed FI et EG aequales, quare etiam IE et GB. Sed
* KB aequatur GE, et FI aequatur IE. Ergo KA aequatur DP. Commune LO exime. Aequalia igitur GL, LP, NO, OD. Quare ut OC ad CL, sic GC quarta ad CD tertiam, et sic etiam igitur OG ad
10 LD, sed OG est AC, et LD est BA. Ergo LC differentia inter BA.CD, CO differentia inter AC.DC, habent proportionem eandem ad invicem quam prima ad secundam. NB autem est CD, et NM est DF, ergo MO, OC proximae in proportione. Omnino igitur differentia 1 et 3 est 5 quod NOTA. Nam non ubique hoc est.

8. 12. 18. 27.
16. 24. 36. 54. 81
Prima 81
Tertia 36
20 Differentia 45 Hic quinta est 16, differentia est 45

Alia proportio sumatur.

64. 80. 100. 125 625
128. 160. 200. 250 400
256. 320. 400. 500. 625 225

Sed accuratior demonstratio est instituenda. Nam id quidem constat MO ad OC esse ut BA ad AC. An verò OM, vel CL sit ad CG, ut CG ad CD ignoratur. Ducantur ergo BN aequa AE, et DF aequa AO, et connectantur OP, NL, quae secabunt se in M. Eritque BN ad NM, ut BA ad AC. Cum ergo in parallelogrammo AI simile NP situm sit et aequaliter, diameter CB transibit per M. Eritque OL etiam simile toti et alteri parti. Est
30 autem etiam AI simile toti EH. [...] A similibus igitur CH, AI, similia EI, AP auferantur aequaliter, ita restabunt similia DH, OI. Esse autem EI, et AP similia, demonstrandum est. ' Probabitur id, si constet, ut prima ad quartam sic primam et tertiam junctas *V, 22v* ad secundam 8. 12. 13. 27. Ut 27 ad 8, ita 27 ad 18. Principium petitur. Nondum

$$\frac{12}{39}$$

enim hoc demonstratum est. Ergo aliunde probandum est. Ergo sic, ut prima ad secundam, sic prima et tertia ad secundam et quartam, sic etiam tertia ad quartam. Sed neque hac via perveniemus. Videtur hoc unicum restare, si probetur KC esse perpendiculum ad FM. Sed quid diu me torqueo. Probetur in numeris
40 2 4
4 16
4. 8. 16. 32. 64
Prima 64. Sed difficile est probare in numeris per coss: Conjectura tamen talis adhiberi potest: inspecta primum progressione cujus quarta minor est dimidiâ prima, dein cujus quarta major 64. 80. 100. 125 625
128. 160. 200. 250 400
256. 320. 400. 500. 625 225
Hic prima non est omninò dupla quartae, Et differentia primae et tertiae minor est quintâ. Ergo si prima plus sit duplâ quartae, differentia primae et tertiae debet esse


major quinta.

3. 4.	256
9. 12. 16	108
27. 36. 48. 64	148 Ecce
81. 108. 144. 192. 256	81

Adhuc itaque verum est. Sed amplius. Si quarta est dimidia primae, quinta est dimidia secundae, sexta igitur LM sive QD, debet esse dimidia tertiae DC. Et tunc DO similis esset CH. Confuge ad triangulos BAC et FKM. Illi primum sunt aequanguli. BAC, FKM recti; KM et AC paralleli et recta eadem CM incidens. Ergo KMF et ACB aequi, quare etiam KFM, ABC. Jam etiam duo latera duobus aequalia, AC enim aequatur GO ex hypothesi, sic BC, FM. Ergo BA aequat FK. Sed BA prima FG tertia, GK ergo differentia. Hac non opus fuisset probatione.


Ducatur autem CK. Ergo FCK si sit rectus. Abunde probatur rectus? Converte. An si GK sit quinta KH sit tertia? EH ad EK, ut FH prima et tertia ad FK tertiam et quintam. Item EH ad AH, ut EB prima et tertia ad AB primam.[1] Si ergo eadem est linearum utrinque proportio, erit et planorum EK et AH identitas, AK ablato EG, et NH erunt aequales. Ergo EA et NB. Sed in assumpto principium petitur. [1]

V, 23 Vide etiam, an GK sit differentia primae et tertiae in recta proportionaliter sectâ. Haec enim si sit, ubique non erit in opinata proportione. Esto igitur ut BE tota sit ad BA, ut BA ad AE. Cum igitur FE sit perpendicularis ad EB, et BC, cum BF linea una: Erunt igitur similia triangula BCE, ECF. Et rursum, cum KF sit perpendicularis ad FE et EC, cum CK linea una (ex hypothesi:[2] erunt igitur similia ECF, FCK, quare etiam BCE, FCK angulis C ad verticem connexa. Quare ut BE, BA, AE ad invicem, sic etiam FK, FG, GK ad invicem. Sunt autem AE, et FG aequales. Ergo ut BA ad AE vel FG, sic FG ad GK, ita ut FG sit media proportionalis inter BA et GK. Est autem etiam proportionalis inter FK et GK. Ergo BA et FK sunt aequales. At FG est EA. Ergo GK est differentia inter EA, AB. [3]Vel sic: apponatur ad lineam FK, majori segmento FG aequalis KH.[3] Et erit per 5. 13mi FK majus segmentum, KH minus, sive additione aequalis GK. FG erit minus et GH majus. At si FG vel EA minus, AB majus est, ergo GH et AB aequales.



Cum ergo continuè cum mutatâ proportione BA ad AE, G ad F accedat, vel ad H, et sic C ad D vel ad I quare etiam CK ad CG vel ad H, necesse est, nusquam alibi, nisi in hac proportione KH aequale esse GF. At proportio in ultimis dupla, non est haec. Ergo.

Tentetur aliâ via. Spacium BD in tres proportionales est dividendum, quarum proportio sit ut excessum singulorum supra proximos. De illâ verò proportione nihil traditur, nisi summa excessus AB, supra CD. Ex eo incidit, novas fabricas comminisci. Et in superiori quidem schemate: fiat crux rectangula EK FB infinita, erit fabricatum instrumentum. Usus talis. Ex datis fiat rectangulum GCIH et continuentur 4 latera versus FDAB, tum angulo C crucis centrum affigatur, circa quod tam diu volvatur donec FE ducta ex F sectione cruris cum latere ad E alterum crus perpendiculari τῇ LA, recta ex B sectione altera cruris cum latere fiat perpendicularis τῇ FE. Sed hoc difficile. Descri-



[1] *am Rand* 1. 3 3. 5.
1. 3. 1

[2] *Klammer fehlt*


[3–3] *am Rand*

* bantur ergo proportionales utcumque AB, CD, EF, GH, et si AB ad GH habet proportionem datam, bene est. Sin minus, constituatur AL justa ad GH et ducatur LI. Erunt igitur AL, CM, EN, GO, (ut puto) proportionales. Sed GH diminuta est. Consideremus igitur, an quatuor proportionalibus si aequalia adimantur, maneat proportio continua, etiam tantum transformetur? 8. 12. 18. 27


4. 4. 4. 4

4. 8. 14. 13. Minimè

Sed consideretur, an maneat eadem continua proportio in volutione lineae LI super I. BC, CF, FH sunt continue proportionales. Ergo omnino etiam LM, MN, NO. Ducantur AM, CN, EO. Quid multis verbis opus est. Non mutatur proportio, sed eadem in illa volutione permanet, donec LI linea simul ad omnia puncta ACEG appellat. Sed si LH ducatur? An manebit continua proportio? Primum ut HB ad BL, sic HF ad FN, HD ad DM, sed HF, FD, DB sunt in proportione continua. Ergo HF, HD, HB minimè quare neque FN, DM, BL. ' Forsan itaque fieri potest. Ergo LM, MN, NA sunt adhuc *V, 23v* proportionales continuè. Suntque in 3 triangulis anguli obtusi aequales ALM, CMN, ENO[a]. Ut et in alteris tribus ACM, CEN, EGO. Et continue proportionales AC, CE, EG. Cum ergo EO maneat, sed CN producta secet ultra F, patet quod non amplius sit parallela, quare nihili est haec speculatio.



Esto triangulum ABO rectangulum datorum circa rectum laterum in proportione dupla. Erunt omnia latera BA, AC, CD, DE, EF, FG, GH, HI, IK etc. in proportione continuâ. An GH, vel IK sit dimidium BA. Erit si * etiam I[b]H, vel K sit dim: CA. Sicut igitur BO ad AO sic AB ad AC. Et triangulum BCA simile est triangulo BAO. Quare sicut OA ad AB, sic AC ad CB. Sed nihil hoc pacto efficietur. BO potest BA, AO, AO potest quadruplum BA, ergo BO potest quintuplum BA. Quare etiam BA poterit quintuplum BC. Ex hoc habebimus comparationem 2 triangulorum BCA, BAO. Nam BO potest 25plum BC, ergo BC est pars $\frac{1}{5}$ de BO, quod etiam sic patet. CO est duplum ad CA, et CA duplum ad CB, ergo CO quadruplum ad CB, et sic OB quintuplum ad CB, quare sic etiam triangula. Eodem modo probabitur ADC esse quinta pars de ACO, sed ACO est $\frac{4}{5}$ de BAO, ergo ADC est $\frac{4}{25}$ de BAO. Est autem dupla proportio similium figurarum ejus quae rationalium laterum. Ergo AD est $\frac{2}{5}$ de AB, et DC est $\frac{2}{5}$ de AO, sed AB est dimidium. Ergo CD est $\frac{4}{5}$ de AB. Unde necesse est, nullam earum parallelarum esse dimidium AB. Nam duo termini in proportione dupla non admittunt duo media proportionalia rationalia. Considerentur ergo transversae lineae. Potentia CA est quadruplum potentiae CB, et $\frac{4}{5}$ de potentia BA. Ergo etiam: p. DE erit $\frac{4}{5}$ de p. DC, et DC de AC. Ut si p: AB est 10000, erit AC p: 8000, et CD p. 6400. Et DE p: 5120. EF p: 4096. FG p: $3276\frac{4}{5}$, GH p: $2621\frac{11}{25}$. HI p: 2097 ... Cum ergò GH si esset dimidia BA, deberet posse 2500, illa jam plus potest, vel et 2621. Linea igitur GH paulo longior est justo. Igitur AO latus paulo minus duplo lateris AB oportet assumere.



Esto rursum AI dupla ad BA, A rectus. AC perpendicularis. CD aequalis ad BC, DF perpendicularis, FDG aequalis angulo BAC. An GI sit aequalis ad AB?


Est DI pars $\frac{2}{5}$ de BI. Ergo talis etiam pars AF, de AI. Ergo FI est $\frac{3}{5}$ totius. Jam ut CD ad CI, sic FG ad FI, sc: $\frac{1}{4}$ ejus, sed tota FI est $\frac{3}{5}$ totius, ergo FG est $\frac{3}{20}$ totius, et residua GI est $\frac{9}{20}$ totius. Ergo minor justo, quare etiam GH. '

* WERNERUS omnes veterum sententias collegit, quibus addatur etiam haec. In circulo *V, 24*

[a] *Kepler* H

[b] *Kepler* C

secantes sed quaecunque duae lineae, ut minora segmenta ad invicem ita et majora. Itaque ex 2 datis extremis fiat diameter circuli, si 2 datae sunt aequales, 2 mediae quoque sunt aequales, et secant diametrum ad rectos. At si minima sit nihil erit, altera media etiam nihil, altera quoque nihil, secans maximam angulo iterum . . .ita. Est itaque via a recto ad rectum per infinitam viam. An proportionaliter, nescitur. Illud tamen notandum summam mediarum in aequalitate extremarum, aequare illam, inde semper minorem, donec cum minima aboletur penitus. Item, quia quae medias subtensa ostendit, inclinatur ad diametrum quae extremos habet producta utraque ad concursum, fiet summa mediarum una ex extremis, summa extremarum una ex medijs. Forsan inde via est ad investigationem, figurae ultimae in lib: 2do. De demonstratione 47mae Imi, notandum, posse illam etiam sic expediri, ut quadratum veniat incensum quadrangularum circulo inscriptilium. Nam quia quadrangulum rectangulum diametrorum aequat rectangula laterum oppositorum, ergo cum quadrati latus majus sit diameter circuli, in se ducta etc. Vide naturam rerum. Bene distinxi inter generatas sectas et compositas, ipsumque trapezion inter composita retuli. Quia hoc de ijs demonstratur per 47mam Imi. Et nota etsi est unum ex quadrangulis, non tamen ideo communis instituitur demonstratio. Consimiliter et hic. An igitur non similiter et illa relinquenda ut sunt divisa, 47ma Imi et aliqua sexti de proport:




Jam ad aliud. CARDANUS memorabile de circulo demonstrat,[1] cujus adminiculo unica operatione summam omnium subtensarum discimus addere. Nam sicut sinus versus gr: 0 sc: 1′ ad sinum rectum ejusdem, ita sinus totus ad tangentem arcus 89°59′ qui arcus in se continet duplum omnium sinuum, excepto toto cujus dimidium ipsi deest.

34376070815	Fecundus arcus 89°59′
10000000	sinus totus
34366070815	summa subtensarum
17183035417[a]	summa sinuum

Aliud ejusdem CARDANI. Circulus BGFDE, cujus A centrum, EB diameter, cui ad rectos HF per A centrum continuata in C in infinitum. Rectangulum igitur

IB, BG
FB, BF^2 aequat quadratum lineae FB.
DB, BK
EB, BA



Haec nonne lineae proportionali quaerendae conducunt. Esto EB summa extremarum, sic etiam FH, nihil quia KBA est necessarius angulus non liber. Nihilominus tamen hoc beneficio quadratum in omnem formam rectangulum diducimus. Conducit ad sinus extendendos.[1]

V, 24ᵛ Aliam proprietatem communem circulo ellipsi et hyperboli affert, quam sic intelligo, probandam tamen per numeros. Ut FA ad AC, sic ED ad DC^3. Igitur cum ABE sit rectus et BE, AE cognita latera, posset inde etiam haberi angulus BEA. Inde BAE, et latus BA. Jam BD facit triangula similia. Videamus EA sit 100, EB 80. Ergo CA 20. Ergo angulus BEA 36.52, BAE 53°8′. BA 60. Fit ergo AD 36 et CD 16. Jam videamus. Ut FA 180 ad AC 20, sic ED 64 ad DC 16. Non. Ergo ut EA 100 ad AC 20, sic ED 64 ad

[1] *am Rand* Conducit ad circuli naturam, quadraturamque.
[2] *am Rand* χειραγωγία
[3] *am Rand Buchstaben wie zu einer Figur*
[a] *richtig* 17183035407

DC 16. Non. Ergo ut EC 80 ad AC 20, sic ED 64 ad DC 16.[1] Ita. Sed non convenit
* verbis CARDANI, sic enim debebat loqui. *Ducta ex contingente (puncto contingentiae) perpendicularis super diametrum jacentem in directo puncti ex quo contingens ducta est, partes semidiametri sub eadem proportione dividit, sub qua tota semidiameter ad partem continuatam usque ad punctum unde contingens descendit.* Vel hoc fortasse vult, ut toti. EA ad partem AC, sic tota EC ad partem ED.

100 dat 20 Bene
80 dat 16

Sed cur dicit diameter, non semidiameter?

180 dat 20
160 dat 16 Nihil.

* Est igitur manifestus CARDANI oscitatio[a] in voce imò manifestus error. Nam aperte ducit lucem ex A per E usque in F. Ergo sic forte ut AF ad AC sic DF ad DC.
AF 180. AE 20. DF 144, DC 16 Recte et sentit et loquitur.

$\frac{9}{180}$ $\frac{9}{144}$

Alia trium horum affectio. Rectangulum ab GI, HM aequat quadratum GH. Sic rectangulum HL, GK. Causa est primo parallelae GK, HM. Deinde contingentia in G, H terminis diametri, tertio binarum cum circulo eadem sectio in F. O.

Aliud figurarum obliquarum conicarum quod est idem cum modo posito. Sic CBGFOH ellipsis, AB contingens, talis quoque ex altera parte statuatur, et sit A concursus contingentium, linea BD jungat loca contactuum, et ex A ducatur AE usque in F adversam figurae partem. Tunc igitur ut AF ad AC, sic DE ad CD. Aliud. Ut aggregatum GH et GF lateris quadrati ad GF, sic GF ad PH, differentiam GH, sive GP et GH.[1]

Pergo in excerpendis praecipijs Theorematis ex EUCLIDE

V, 25

* Ex lib: 4 Th:
* ⟨1⟩1. Quadrilateri circulo inscriptilis rectangulum diametrorum, aequat rectangula oppositorum laterum simul.[2]
12. Bina opposita latera sunt reliquis aequalia junctim.
13. Semidiameter est latus exagoni.
14. Aequilaterae figurae circulo inscriptae sunt aequiangulae. Sic et circumscriptae.

Probl: ex lib: 4
17. Isosceles describere cujus angulus ad basin sit duplus anguli verticalis.
18. 19. 20. 21. De pentagonis
22. Describere exagonum.
23. De quindecagono.

Hoc potest extendi in infinitum. Nam ex 3 angulo et 4 angulo erit 12 angulus. Ex 3 angulo et 6 angulo, 18angulos esse deberet sed deficit. Nam 2 latera semper coincidunt.
Sed ex 4angulo 5angulo 20angulus.
Ex 4angulo, 6angulo contra opinionem 12angulus. Ex 5angulo 6angulo, 30angulus. Hic nota CARDANI inventum de pro-
* portione reflexa, et id nititur proportionibus. Pertinet item ad ascriptionem imparium figurarum.[1]

[1] *am Rand* Ut EA ad EC sic EC ad ED.
Ut EA ad AC sic EC ad CD.
Ut AF ad AC sic DF ad DC.

[2] *am Rand* Apparet inscriptionem esse propter aequalitatem. Sanè aequalitas noñ sine circulo in angulis. Nam etsi sumatur nondum tamen est demonstratum.

[a] oscitantia *Kepler*

M 13

XXI, 80 FIGURA SPHAERICA QUID EST?[1]

Supra dictum, esse superficiem curvam. Primam figurarum, sui ipsius undiquaque similem seipsa nixam, omnibus sui partibus punctisque ab uno aliquo puncto, quod est in spacij medio aequaliter distantem.

Quaenam nobis de hac figura sphaerica praecognoscenda sunt, tanquam necessaria ad explicandas in sphaera materiali rationes primi motus? Quorundam circulorum in ea constitutiones et ad se mutuo comparationes. Nam superficiei ipsius partiumve ejus mensuratio necessaria hic est minimè.

Quid appellas circulum? Circulus est in geometria superficies plàna, undique persecta et terminata a superficie sphaerica. Sed in astronomia, circulus definitur ipsa linea sectionis mutuae plani et sphaerici inter se commissorum. Nam plani a sectione compre-
XXI, 80v hensi ' consideratio causa spacij nihil ad astronomiam pertinet.

Quaenam est proprietas circuli? Circuli omnia puncta aequaliter absunt ab uno aliquo puncto plani circularis medio, quod centrum dicitur.

Proba hoc.

Cum enim circulus omnibus suis partibus, per definitionem sit in superficie sphaerica, omnia ejus puncta aequaliter aberunt a centro sphaerae. [...] Quod si planum [2]in quo ...idem est circulus[2] secat sphaeram per centrum, patet propositum: idem enim est centrum et sphaerae et circuli. At si planum hoc sphaeram non per centrum secat, incidat igitur ex centro perpendicularis in planum: punctum incidentiae erit centrum plani circularis a quo sectionis omnes partes aequaliter aberunt. Cum enim sint aequales lineae
XXI, 81 omnes a centro sphaerae ad sectionem, et linea perpendicularis ' sit undique eadem, et angulus perpendicularis cum plano undique rectus; in triangulo igitur uno quolibet ad quamcunque partem sectionis, et duo centra constituto tribus aequalibus, reliqua etiam erunt aequalia.

[3]Quid est diameter circuli? Recta per centrum circuli traducta ad circulum utrinque.

Quid est axis circuli? Recta ad planum circuli ex centro perpendicularis et utrinque usque ad superficiem sphaericam continuata.

Quid poli circuli: Extrema axis puncta in superficie sphaerica[3]

Quae sunt differentiae circulorum in sphaerico? Duobus modis differunt circuli in sphaerico, nempe vel quantitate vel situ.

Quomodo quantitate? Quidam sunt maximi, quidam minores maximo. Maximi, cum planum secat sphaeram per centrum [4]in duo aequalia[4], minores cum extra centrum in duo inaequalia.

Quomodo demonstras maximos esse quorum plana per centrum sphaerae transeunt; minores ceteros? Quia trianguli isoscelis duo latera semper sunt majora basi. Ducatur igitur diameter per centrum minoris, ejusque extrema connectantur cum centro sphaerae. Haec erunt duo aequalia crura, diameter verò illa erit basis, minor igitur haec diameter, duobus cruribus. At duo crura aequant diametrum circuli maximi. Minor ergo

[1] *am Rand* 4 Dec 1613
[2–2] *Randbemerkung*
[3–3] *Zusatz am Rand*
[4–4] *Hinzufügung*

est diameter non per centrum sphaerae transeuntis plani circularis. Minor igitur et ipse circulus qui non per centrum sphaerae. Maximus igitur qui per centrum. ¹

Quomodo circuli sphaerae differunt situ? Quidam inter se recti sunt, alij obliqui alij paralleli. Recti quorum plana se mutuo secant ad angulos rectos. Obliqui quorum plana se secant obliquis angulis seu intra sphaeram seu extra continuata usque ad concursum, paralleli, quorum plana parallela, sic ut continuata non concurrant. *XXI, 81ᵛ*

Quid proprium habent maximi respectu situs?

1. Maximus transit per polos eorum ad quos ipse rectus est, secatque eos bifariam. Hoc non facit minor.
2. Maximi inter se recti per mutuos polos transeunt; axisque unius competit in planum alterius.
3. Maximi utcunque inter se inclinati secant se mutuo bifariam; linèa connectens sectiones transit per centrum.
4. Maximus per polos duorum maximorum ductus secat eos in quadrantes, a mutua eorum sectione inceptos.

Quaenam oritur circa maximos peculiaris operatio? Doctrina triangulorum sphaericorum seu ratio computandi illa quae sunt ad motum primum explicandum necessaria.

Quid est triangulum sphaericum? Figura in superficie sphaerici, seu globi constituta ex tribus arcubus trium circulorum maximorum. ¹

Quot considerantur res in unoquolibet triangulo? Sex, tria latera seu arcus, et tres anguli. *XXI, 82*

Quae est mensura laterum seu arcuum. Circulus ipse maximus, cum sua divisione in partes 360, et partis in 60 scrupula, scrupuli in 60 secunda etc. Quaeritur enim, arcus quilibet quota pars sit circuli sui, quia omnes maximi sunt interque se aequales; et effertur proportio cognita usitatè in numeris divisionis jam dictae.

Et quid metitur angulum in triangulo sphaerico? Quemlibet angulum metitur. Arcus circuli maximi ducti per polos circulorum constituentium angulum, qui arcus ab ipsis circulis, angulum constituentibus intercipitur.

Quot sunt genera triangulorum sphaericorum? Quaedam sunt rectangula, quaedam obliquangula. Illa cum unus angulorum ad minimum est rectus, haec cum omnes tres sunt obliqui. ¹

Quomodo aliter dividuntur? Quaedam sunt primaria, quaedam secundaria, quae et prodiga dici possent propter excessum vel binorum laterum supra quadrantes circuli vel binorum angulorum supra rectos, quae ex primariis intelliguntur, quippe quibus semper associantur. *Fr. VIII, 197*

Circa quae igitur versatur astronomica operatio? Circa primaria, quae aut non plura uno latere aut nulla excedentia habent.

Quid nam est ejus opus circa illa? Hoc est ejus opus, ut ex tribus quibuscunque datis, quae sunt in uno triangulo, reliqua tria incognita investiget, quo nomine varii usus existunt. ¹ [7. Vel ex tribus lateribus cognitis. 8. Vel ex duobus lateribus angulum investigandum formantibus, et reliquorum angulorum alterutro. 9. Vel ex duobus lateribus angulum investigandum non formantibus, et angulo quem formant. 10. Vel ex duobus lateribus angulum investigandum non formantibus, et angulo ¹rum reliquorum alterutro¹ quem non formant. 11. Vel ex uno latere quod investigando angulo opponitur et ex angulis reliquis. 12. Vel ex uno latere quod investigando angulo non opponitur et ex angulis reliquis.] *XXI, 83*

Quibus regulis tam varij casus comprehendi et expediri possunt? Non sufficit una

[1-1] *Zusatz am Rand*

regula omnibus casibus. Sunt tamen aliquae faciliores, quae pluribus casibus serviunt: quarum prima et brevissima est quod sicut se habent ad invicem sinus recti laterum, sic etiam se habent ad invicem sinus angulorum oppositorum, et permutatim ut sinus unius lateris ad sinum anguli oppositi, ita sinus alterius ad sui oppositi anguli sinum, et conversin utrumque. Haec regula utilis est in casibus his quando latus quaeritur ex angulo opposito, vel angulus ex latere opposito, et utrinque ex alijs duobus [1]inter se mutuo[1] oppositis: Uno verbo quando trium cognitorum et duo invicem et tertium investigando est oppositum.'

XXI, 83v Secunda regula; quando latus quaeritur nec est aliud cognitum praeter tres angulos, aut quando angulus quaeritur, nec aliud quam tria latera sunt praecognita, tunc processus est hic.[2]'

XXI, 84 Tertia regula, quando neutrum horum locum habet, tunc videndum si triangulum sit rectangulum an secus. Nam si est obliquangulum perpendicularis ex uno angulorum [3]pro re nata electo[3] in latus oppositum, continuatum, si necesse est, demittitur: quo pacto obliquangulum transformatur in duo rectangula talia, ut unum eorum habeat praeter rectum angulum duo cognita, reliquum beneficio hujus nanciscatur in prima operatione etiam duo cognita praeter rectum. Ita duabus pro una operationibus investigatur quaesitum.

Unde scitur triangulum esse obliquangulum vel rectangulum? Rectangula ut plurimum ex constructione, hoc est ex cognito angulo recto cognoscuntur. Si vero ex tribus incognitis angulus unus sit de quo dubitetur, quod rarò fit, varie discernendum erit ex ejus trianguli cognitis. Nam si latus ei oppositum majus est quadrante, angulus oppositus erit obtusus nec poterit primarium triangulum habere rectum angulum. [At si tria latera cognita omnia sunt infra quadrantem, triangulum est acutangulum.]'

XXI, 85 Quomodo rectanguli sphaerici latera nominantur. Recentiores distinctionis causa latus oppositum recto angulo appellant basin [4]non verò latus[4], quae vero rectum formant, simpliciter latera appellantur.

Quot igitur oriuntur formae investigandi incognita rectanguli? Sedecim. Nam si basis investiganda est, formae sunt quatuor. Si latus formae sex. Si angulus, formae itidem sex. Basis enim arguitur 1. vel ex utroque latere, 2. vel ex latere et angulo oppositis. 3. vel ex latere et angulo non oppositis. 4. vel ex utroque angulo. Et latus arguitur 5. vel ex basi et latere reliquo, 6. vel ex basi et angulo sibi opposito. 7. vel ex basi et angulo sibi non opposito. 8. vel ex latere reliquo et angulo oppositis. 9. vel ex latere reliquo et angulo non oppositis. 10. vel ex utroque angulo. Angulus verò arguitur 11. vel ex basi et latere sibi opposito. 12. vel ex basi et latere sibi non opposito. 13. vel ex basi et angulo reliquo. 14. vel ex latere et angulo oppositis. 15. vel ex latere et angulo non oppositis. 16. vel ex utroque latere. Et intellige ubique rectum angulum esse tértium ex datis.'


XXI, 86 Cum casu sexto latus ex angulo opposito et basi quaeritur quae tunc est regula? Hic casus cadit in generalem oppositionis laterum et angulorum. Sed est in rectangulo brevior via. [...] [Nam arcus mensor anguli, et complementum basis ad quadrantem qui sunt coaptati in fine quadrantis diriguntur, et fiant arcus unus quod si arcus mensor anguli minor est complemento dicto sinus rectus hujus defectus aufertur a prius accepto sinu compositi: Sin major est arcus mensor anguli. Nam arcus qui in fine quadrantem metitur angulum et complementum basis ad quadrantem et adduntur invicem et a se mutuo subtrahuntur acceptisque sinibus tam aggregati quam differentiae, si minor est
XXI, 86v mensor]' [...] Nam angulus et basis adduntur, subtrahunturque invicem. Quod si ag-

[1-1] *Hinzufügung*
[2] *restliche Seite leer*
[3-3] *Zusatz am Rand*
[4-4] *Zusatz am Rand*

gregatum est minus quadrante, sinus complementi aggregati aufertur a sinu complementi differentiae. Sin majus est aggregatum quadrante, sinus complementi aggregati additur ad sinum complementi differentiae. Tunc dimidium illic residui, hic summae est
* sinus lateris investigandi. Clariora sunt haec in synopsi .

		Compl:	Sinus			
Basis	47. 0			66.32		
Angulus	23.28			23.28		
Dist:	23.32 –	66.28 –	91683	43. 4 –	46.56 –	7
Aggr.	70.28 –	19.32 –	33436	90. 0 –	0. 0	00000
		Residuum	58247			7
Latus investigandum		16.56 –	29124			3

77. 0			
23.28			
53.32 –	36.28 –	59416	
100.28 –	10.28 –	18166	
		77603	
	22.50 –	38801	



* Idem latus opponitur angulo magnò, basis oxytoto parva, quod angulo parvo basi existente magna puta si hic basis illic angulus fuerint aequales. Ut si B.D.I. recti, et AB, CD aequales, tunc si AE metitur CED, et CE metitur AED.
Aut si AE metitur AFB, AF metitur AEB. [1]

M 14

XXI, 43 AN TRIANGULORUM DOCTRINA PER SEXIPLANIUM COMPENDIOSÈ TRADI, ET EX SPHAERICO IN PLANUM DEDUCI POSSIT.

1. Hexaedron clauditur sex superficiebus quadrangulis.
2. Tribus quibuscunque punctis positis, ponitur unicum triangulum, seu planum.
3. Quatuor punctis non in eâdem planitie positis ponitur quadrilaterum.
4. Quatuor punctis non in eadem planitie positis ponitur tetraedron.
5. Quinque punctis non in duabus planitiebus positis ponitur exaedron triangulare divisibile in duo tetraedra.
6. Sex punctis sic dispositis, ut quaterna in tribus sint planitiebus, ponitur prisma seu pentaedron bina fronte triangula.
7. Octo punctis sic dispositis, ut quaterna sint in planitiebus senis, ponitur *εξαεδρον* quadrilaterum.
8. Ergò non solae duae superficies sufficiunt ad positionem numeri exaedri, quia quaterna tamen in duabus superficiebus ponerentur.
9. Duabus lineis parallelis positis, ponitur quadrilaterum. [1]

XXI, 43v 10. Duabus superficiebus quadrilateris non concurrentibus positis, sic ut latera singula unius, singulis alterius sint parallelae, ponitur *εξαεδρον*.

11. Si superficies insuper parallelae fuerint [etiam] erunt et similes.
12. Duabus superficiebus quadrilateris non concurrentibus positis, sic ut bina opposita latera unius binis oppositis alterius fuerint parallela. Reliqua bina opposita unius, cum binis oppositis alterius in binis superficiebus, ponitur exaedron.
13. Generalissimè, in omni exaedro quadrilatero binae superficies oppositae sunt laterum correspondentium vel parallelorum, vel concurrentium si producantur. Nam si concurrant, argumentum est, binas lineas in eodem esse plano. Fit enim ex quadrilatero triangulum.
14. Si oppositarum superficierum bina latera fuerint parallela, et opposita bina parallela esse necesse est.
15. Duabus superficiebus latere uno communi positis (intellige semper in certa inclinatione vel angulo) duae quidem planities aliae ponuntur, at residuarum duarum planitierum nihil nisi termini alterutri ponuntur.
16. Tribus quadrilateris superficiebus, trinis communibus lateribus, hoc est ad angulum solidum coeuntibus positis, tres reliquae fiunt necessariae, et exaedron igitur ponitur. [1]

XXI, 44 17. Quadrilaterum quatuor habet angulos, quatuor rectis aequales.
18. Quadrilaterum in circulo binos oppositos binis rectis habet aequales. *
19. Quadrilaterum binis angulis oppositis rectis circulo est inscriptile.
20. Quadrilaterum circulo inscriptile, globo cuicunque est inscriptile.
21. An exaedron id, cujus tria plana unum angulum claudentia binos oppositos, et sic sex rectos habent, ejus et tria reliqua plana angulum solidum oppositum claudentia, binos oppositos, quibus se tangunt, rectos habeant. *
22. An exaedron id, cujus unus angulus tribus aequalibus constat lateribus, alter etiam oppositus tribus aequalibus constet. *
23. An exaedron, septem angulis sphaerae inscriptile, octavo etiam sit inscriptile. *
24. An exaedri omnis quadrilateri sphaerae inscriptilis bini oppositi anguli binis rectis solidis sint aequales. *

25. Cum duo plana angulo recto constantia latere uno circa rectum coeunt, planum tertium duobus suis lateribus, duobus residuis priorum circa rectum coaptatum, primo coaptato perpendiculariter substernitur.
26. Exaedron id, cujus tria plana unum angulum claudentia binos oppositos, et sic sex rectos habent ' ejus trium residuorum planorum diagonij cum commissuris laterum circa rectum primorum planorum, constituunt rectum angulum. [27. Hinc ex 26. et] *XXI, 44ᵛ*
27. Exaedron id, cujus unus angulus tribus aequalibus constat lateribus, seu commissuris trium planorum angulis ad commissuras rectis, ejus residua tria plana diagonijs in oppositum solidum coeuntibus aequalia sunt.
28. Omne tetraedron est sphaerae inscriptile.
29. Tria quadrilatera ad solidum coeuntia rectis ad commissuras angulis sunt eidem circulo inscriptilia, cui triangula sua, connexis rectis angulis, inscribuntur.
30. Talia tria quadrilatera septem angulis uni sphaerae sunt inscriptilia.
31. Tria triangula, una communi subtensa, seu diagonio exaedri, tribus aequalibus quadrilaterorum diagonijs, et tribus aequalibus reliquorum quadrilaterorum commissuris inclusa, eidem sphaerae sunt inscriptilia, quinque scilicet anguli.
32. Hinc affirmatur id quod ex parte no. 23 quaesitum erat. Omnes sc: octo anguli quadrilateri exaedri, quod uno solido trium aequalium laterum et tribus circa illum solidis, quorum singuli binos rectos planos habent, constat, eidem sphaerae sunt inscriptiles.
33. Omnia sex quadrilatera circulis sunt inscriptilia. '
34. Omnia sex quadrilatera binos oppositos binis rectis habent aequales. *XXI, 45*
* 35. An quemlibet angulum planum metiatur in opposito solido angulus planus ille, quia est complementum anguli obtusi, ad semicirculum.
36. Si bini anguli circa CFI essent recti, commissurae illorum 3 planorum essent perpendiculares ad tria prima plana, ex 26.
37. Haec si sic haberent, quia diagonij trium primorum planorum sunt inaequales, communis verò tribus triangulis diagonius ipsius exaedri, hinc ergò hoc commissurae fierent inaequales.
38. Falsum ergo, seu negandum aut vicesimum primum aut 22 quaesitum.
39. Per quaecunque duo puncta sphaerae tres vel plures aequales circuli scribi possunt, sunt opposita in sphaera.
40. Bini ergo anguli talium *εξαεδρων* sunt in oppositis sphaerae locis, seu diagonius sphaerae est diagonius talis *εξαεδρου*.
41. Nullum tale *εξαεδρον* in hemisphaerium aut minus fragmentum inscribi potest.
42. An in tribus residuis planis, ut trini diagoni ad oppositum solidum tendentes sic et trini residui fiant aequales. '
43. Ponatur id sic esse, et dentur angulis nomina A.B.C.D.F.G.I.K. Cum ergo KB, GB, DB sint aequales, et IC, CF, FI ponantur aequales: erunt quae sub KB et CI, sub DB et CF sub GB et FI aequalia. Sed quod sub KB et CI est aequale duabus, sub KC, IB, et KI, CB. Et quod sub DB et CF est aequale duobus, sub DC, BF et DF, CB. B est angulus oppositus. Et quod sub GB et FI est aequale duobus, sub GF, BI et GI, BF. Ergo quae sub KC, IB et KI, CB: item quae sub DC, BF, et DF, BC. Et GF, BI: GI, BF essent aequalia. *XXI, 45ᵛ*

Sunt autem quadrilatera haec. BFGI, BIKC, BCDF. Quorum aliqua latera sunt certò aequalia aliqua communia.

In primo	BF	FG	GI	IB		
In secundo respondent			IK	IB	KC	CB
In tertio	BF	DF			CD	CB

Hinc necessario aequalia quae sub aequalibus. At haec sunt disseparata, nec confirmantia se mutuo, nec refutantia.

44. Cum A, C sint opposita sphaerae, et ADC major circulus quamque ADF, BF, BC, BI certo non sunt aequales. Hinc negatur 22.

45. Cum IKC planum faciat longum rectum cum KAC plano, et CDF cum eodem CDA, lineas quoque omnes horum planorum, cum aliqua ex KDA rectum facere necesse est. Sed CB linea est utriusque plani ' extrema, et qualiscunque esset inclinatio CB lineae ad KAD planum, demissa perpendicularis ex B, in lineam CA caderet, quia KC, DC aequales, et inclinatio BCD et BCK aequalis ad DCA, KCA, recte nempe, ad ductum lateris KI, DF. Ergo anguli recti. Hinc affirmatur 21. Et 36 in thesi et hypothesi, et 37 et 38 confirmatur magis.

XXI, 46

46. Omnis angulus solidus 2 rectis planis et uno vario comprehensus est tota pars de 2 rectis solidis, quota pars de 2 rectis planis est ille varius.

47. Si 24 verum est, erit et 35 verum. Ponatur jam verum esse. Ergo FGI et DCK efficerent duos rectos, at FGI et FBI duos efficiunt rectos, ergo FBI et DCK essent aequales, sed crurum inaequalium. Eodem modo FGI et DAK proderentur aequales, sed iterum crurum inaequalium. Illic enim scalenum, hic isosceles est triangulum. Si hoc, quilibet angulus aequaretur suo lateri opposito. At hoc falsum ergo etiam priora omnia.

48. Residua quadrilatera ex tribus tantummodo triangulis sunt composita, sic ut unum in binis quadrilateris reperiatur.


49. Omnia illa tria in uno semicirculo sunt.

50. An ut latus triplex solidum, seu commissurarum ad latus alterum circa rectum, quod habet aequale aliud in primis 3 quadrilateris, sic in reliquis quadrilateris diagonius triplex ad diagonios reliquos ratione semper opposita. Et vicissim. '

M 15

De rectangulo Regiomontani. XXII, 50

Data differentia laterum, differentiâ segmentorum, et perpendiculo.[1]




Observa varietatem datorum, et necessitatem. Si nulla est differentia segmentorum, nulla est neque laterum. Tunc triangulum est isosceles, et casus infiniti. Positâ verò inaequalitate segmentorum, latera necessariò sunt inaequalia. Et quia ad CA, AD quadrata additur idem quadratum BA, augens utrumque terminum aequaliter: semper igitur minor est proportio laterum quàm segmentorum: minor et differentia. [...] Sit enim BA 16, quadratum 256. Adde et 36, et 225 seorsim, erunt quadrata 292 et 481. Radices 17+ et 24– Diff: 7–. Sit verò quadratum BA 6400. Itaque radices de 6436 et 6625, erunt 80+ et 81+. Diff: 1 circiter. Causa est, quia auctâ BA, plus augetur BC, quam BD, Terminis igitur auctis aequaliter differentia maneret eadem: at minori plus aucto, differentia minuitur. Differentiae igitur nuspiam aequales esse possunt nisi ubi BA est nihil. Quod si differentia segmentorum est proximè aequalis majori segmento, latus minus proximè aequabit perpendiculum. Si planè: triangulum est rectangulum, et casus sunt infiniti. Obtusangula singula singulis acutangulis (in basi) respondent. Si acutangulum in basi sit simul rectangulum in vertice, statim datur triangulum [2]non dato perpendiculo[2], dividitur enim in duo similia toti, estque CA ad AB, ut hoc ad AD, et ut CB, ad BD. ' Sit enim CA 1 ☉, AB 1 ☽. AD 1 cb. Est verò eadem AD 1 ☉ + 9. Quod si 1 ☉ dat 1 ☽, ergò 1 CB dabit $\frac{1\text{☽}CB}{1\text{☉}}$, id est 1 ☉ CB. Hoc verò est BD. At idem BD est 1 CB + 7. Ergo 1 CB + 7 et 1 ☉ CB aequantur. Vide de his alias. Species trianguli datur loco perpendiculi. XXII, 50v

* Aliter. Sit CA 1 ☉, et AB 8. Si ergo CBD fuerit rectus fiet AD $\frac{64}{1\text{☉}}$. Idem verò latus est 1 ☉ + 9. Ergo aequalia 64 et 1 ☽ + 9 ☉.

Igitur ad propositam rectam 9 adjiciendum rectangulum 64 excedens specie quadratâ 1. 10 dat 10; 2. 11 dat 22. 3. 12 dat 36; 4. 13 dat 52; 5. 14 dat 70. Ita jam non datur liberè differentia laterum, sed fit necessaria.

* Hic tento demonstrationem[3]. Ad rectam propositam ordinare imperatum parallelogrammum deficiens specie parallelogrammo, quae similis sit propositae.



Sit rectae dimidia AB, ei adjice parallelogrammum simile imperato, sitque ABDC. Id si aequale imperatae areae, peractum est negocium. Sit inaequale, hoc est majus, excessu simili AEGF et ducatur EGH. Quod si jam EGH bisecaret AC, FI, BD. Itaque si CEHD apponeretur ad EABH, tunc linea AB duplicaretur, et AEGF esset ille defectus: essetque aequalis excessui prius nominato. Nunc verò si CEHD attenue-

[1] *am Rand über der Figur* Ex Gallico thematico cousc ... Chr. Anderson qui mei mentionem facit ... problemata solvit

[2-2] *Einfügung*

[3] *Randbemerkung* sed frustra
Vide folio seq:

tur, ut fiat latitudo EA, tunc CEGI quidem fit aequelongum ipsi GFBH, at longitudo
XXII, 51 ipsius IGHD fiet ' multo major quàm AF. Nam ut CI ad FB, sic ID ad justam longitudinem. Igitur datur parallelogrammum CEHD, cum apposito CEGI. Hoc est aequale proposito, sed non habet longitudinem propositam. Gnomoni quidem aequale est parallelogrammum simile sub EC, et ICD. Itemque sub ID et HBD. Vide folio verso. *

*


Schebelius facilius demonstrat ex quarta secundi:

Si enim recta secetur utcunque, quadrata segmentorum et bina rectangula sub segmentis aequant quadratum totius. 1 ȝ + 10 ȹ aeq: 100. Fiat enim quadratum ex 100 latus erit 10. Jam auferatur quadratum aequale ipsi 1 ȝ. Gnomon erit 10 ȹ. Rectangulum sc: cujus latitudo 1 ȹ, longitudo 10.

Sic quando 1 ȝ + 80 aequatur 30 ȹ. Demonstrat ex V. IIdi:, quae docet, si recta secetur * in aequalia et non aequalia, rectangulum sub totius segmentis inaequalibus, una cum quadrato à differentiâ, earum, aequale esse, quadrato a dimidia. Nam 30 ȹ est rectangulum, cujus latitudo 1 ȹ, longitudo 30.

Sic quando 1 ȝ aequat 30 ȹ + 80, demonstrat ille aequationem ex VI. IIdi:, quae docet * si rectae bifariam sectae adjicias aliquid, Rectangulum sub apposita et sub integrâ cum appositâ, unâ cum quadrato dimidiae, aequale esse quadrato cujus latus est dimidium
XXII, 51v rectae cum apposita. ' Hic iterum tento demonstrationem 28vae VIti.

Detur ACB recta. Bisecetur igitur illa in C, fiatque super CB species imperata situ imperato, quae sit CDEB. Ea superet quantitatem imperatam. Excessus redigatur in speciem imperatam, sitque à termino lineae B, diagonios speciei prius factae BD, ab ejus igitur diagonij termino altero D ordinetur haec excessiva species, sitque DHGI et continuetur HG in F, et IG in L et in K, ut ipsi LB parallela sit KA. Dico super AB stare KGFA imperatae quantitatis cum deficiente FBLG speciei imperatae. Nam quia gnomon IBH est quantitas imperata; IB quidem est in KC, quia AC, CB aequales, HL verò est in IF. Dico GFBL esse defectum speciei imperatae. Nam est circa diagonion ipsius DB speciei imperatae. Igitur species imperata sit tetragonos aequilaterae, seu quadratum. Linea sit 20. sc: AB. Erit CB 10 et CE 100. Excedat quantitate DG 9, erit IG vel CF 3. Eoque AF 13, et FB 7, FL 49, KF 91.




Esto jam ut 20 ȹ – 1 ȝ aequent 91.[1] Hic KF datur, et est 91. FB verò dicitur 1 ȹ et FL 1 ȝ, denique KB dicitur 20 ȹ. Est verò etiam BL vel KA 1 ȹ. Ergo AB est 20. Si AB est 20, erit CB 10, et CE 100, excessus supra 91 vel KF est DG 9. Hujus radix CF est 3, aufer hoc a CB 10, restat FB 7 valor radicis. Sic igitur dimidium quantitatis mediae quadratur, inde aufertur quantitas minor residui quaeritur radix, haec aufertur a dimidio quantitatis mediae, manet valor radicis. '

*

XXII, 52 Hic demonstratio 29. sexti.

Detur ACB recta. Bisecetur in C fiat super CB species CDEB imperata minor ea quantitate quae adjicienda est. Ergo per terminum B continuetur diagonios, et a D termino ordinetur species [2]cujus gnomon EFC sit imperatae[2] quantitatis et FI continuetur in AH parallelam ipsi GF. Igitur super AB stat quantitas imperata AHFL, excedens specie imperata KFLB. Nam quia EFC est justae quantitatis,




[1] *Randbemerkung* Si verò 20 ȹ – 1 ȝ aequant 91. Ergo 1 ȝ + 91 aequant 20 ȹ.
[2–2] *Einfügung*

EL verò aequat CK, et hae CH, ergo EL stat in CH. Excessus verò KBLF est circa eandem diagonion. Igitur species imperata sit quadratum, linea sit 20. sc: AB. Erit CB 10 et CE 100, deficiat quantitate EFC 69, erit DG, vel CL 13, et BL 3, LK 9 et LH 69 et BH 60. Esto jam ut 1 ⟆ + 20 ⟇ aequent 69. Hic LB est 1 ⟇, LK 1 ⟆, et quia BK 1 ⟇, ergo BA est 20 et BC est 10, et CE 100, igitur IG 169 et IF vel CL 13, ergo BL 3. Valor radicis. Sic igitur dimidium quantitatis mediae quadratur additurque quadrato quantitas minor, summae quaeritur radix et ab hac radice aufertur dimidium quantitatis mediae restat valor radicis.

Pro alio aequationis canone.

Quando 1 ⟆ aequatur 6 ⟇ + 27. Hic valor radicis est major quàm 6. Sit AB, vel AC et sit AD 6 et DF 27. Quaeritur igitur numerus DC, qui ductus in seipsum CD, et in DA 6, id est qui ductus in AB vel DE, faciat 27. Sit is nova operatione 1 ⟇. Ergo 1 ⟆+ 6 ⟇ valent 27. Hinc elicitur valor non primae radicis AB, sed valor DC excessus primae radicis super AD 6. Et hoc etiam ex 29 VIti: '



Ratio computandi gradum eclipticae orientem ejusque angulum sine tabulis *XXII, 53*

[...] Cùm est asc: obl: horosc: inter 0 et 90, vel inter 180 et 270 computatur gradus oriens; quando inter 90 et 180, vel inter 270 et 360, computatur gradus occidens. Vicissim, si a 270 in 90 additur angulo declinatio eclipticae, a 90 in 270 subtrahitur.

* NB. Inventum REGIOMONTANI. Sicut sinus arcus est medio loco proportionalis inter sagittam ejus et residuum diametri, sic sinus dimidij arcus est medio loco proportionalis inter sagittam eandem arcus totius et quartam partem diametri. Arcus 36. sinus 58778. Complementum 54
sinus 80902, sagitta prioris 19098. Arcus dim. 18. Sinus 30902 ut 19098 ad 30902 sic hoc ad 50000
69314 '

165560 117436
234872
165560
69312

M 16

XXI, 31 EPITOME[1] PRAECEPTIONUM RHETICI DE TRIANGULO SPHAERICO CUM ANGULO RECTO.

[...]'

XXI, 31v

Dato angulo et latere quod recto opponitur. 

Quaeritur [2]1. Latus quod dato acuto opponitur. Ut totus ad perpendiculum dati anguli de prima serie. Ita perpendiculum dati lateris de eâdem prima serie ad perpendiculum quae sit in prima serie. 2. Latus quod est inter angulos. Ut radius ad basin anguli de prima serie. Ita perpendiculum lateris de *ἀβασιῳ* serie ad perpendiculum quaesiti ex 2 vel 3 serie. 3. Angulus tertius. Ut radius ad basin lateris de prima serie, ita perpendiculum anguli de *αβασιῳ* serie, ad basin quaesiti de 2 vel 3tia serie. '

XXI, 32 Dato angulo et latere opposito.

Quaeritur, 1. Latus quod recto opponitur. Ut tertius ad hypothenusam anguli de *ακαθετῳ* serie, ita perpendiculum lateris de prima serie, ad perpendiculum quaesiti ex *ανυποτενουσίῳ* serie. 2. Latus quod inter angulos est. Ut radius ad basin anguli de *ἀκαθέτῳ* serie, sic perpendiculum lateris de *ἀβασίῳ* serie ad perpendiculum quaesiti de prima serie. 3. Angulus tertius. Ut radius ad[3] hypothenusam de *αβασίῳ* serie: ita basis anguli de prima serie, ad perpendiculum quaesiti de prima serie. '

XXI, 32v Dato angulo et latere inter angulos.

Quaeritur. 1. Latus quod recto opponitur. Ut radius ad basin lateris de *ακαθέτῳ* serie, ita basis anguli de prima serie ad basin quaesiti de secunda vel tertia serie. 2. Latus quod dato acuto opponitur. Ut radius ad perpendiculum anguli de *ἀβασίῳ* serie, ita perpendiculum lateris de prima serie ad perpendiculum quaesiti de secundâ vel tertiâ serie. 3. Angulus tertius oppositus lateri dato. In prima serie. Ut radius ad perpendiculum anguli, ita basis lateris ad basin quaesiti. '

XXI, 33 Dato latere quod opponitur recto, cum alterutro latere circa rectum.

Quaeritur, 1. Angulus lateri oppositus. Ut radius ad hypotenusam lateris *ἀντιορθίου* ex *ακαθέτῳ* serie, ita perpendiculum lateris *ἀντιοξίου* de prima serie, ad perpendiculum quaesiti de prima serie. 2. Latus tertium. Ut radius ad hypotenusam lateris *ἀντιοξιου* de *αβασίῳ* serie, ita basis lateris *ἀντιορθίου* de prima serie ad basin quaesiti de prima serie. 3. Angulus comprehensus. Ut radius ad perpendiculum lateris *ἀντιοξίου* de *ἀβασίῳ* serie, ita basis lateris *ἀντιορθίου* de *ἀκαθέτῳ* serie ad basin quaesiti de prima serie. '

XXI, 33v Dato utroque latere circa rectum.

Quaeritur. 1. Latus quod recto opponitur. In prima serie, ut radius ad basin unius, ita

[1] Blatt 31–34: *Format abweichend.* Bl. 31: *Rest der Seite durchgestrichen*
[2] *Ab hier zusätzliche Zählung von 1–16 am Rand*
[3] ad ad *Kepler*

basis alterius ad basin quaesiti. 2. Angulus alteruter ex acutis. Ut radius ad basin lateris quod angulo dato opponitur de *ἀκαθέτῳ* serie, ita perpendiculum reliqui lateris de primâ serie ad basin quaesiti de secundâ vel tertiâ serie. '

Dato utroque angulorum acutorum. *XXI, 34*

Quaeritur. 1. Alterutrum latus circa rectum. Ut radius ad basin anguli, quaesito lateri oppositi, de primâ serie, sic hypotenusa anguli reliqui de *ἀκαθέτῳ* ad basin quaesiti lateris de prima serie. 2. Latus quod recto opponitur. Ut radius ad basin anguli unius de *ακαθέτῳ* serie, ita basis anguli alterius de *ακαθέτῳ* serie ad basin lateris quaesiti de primâ serie. '

M 17

XXI, 11

Canon rectanguli sphaerici.

Mense Martio anni 99 ex lectione navigationis Bataviae incidi in *contemplationem declinationis magnetis*, ubi cum diu multumque fatigarer, pertaesus calculi et imperitior paulo illius praxeos, Aprilis initio incidit, non abs re forè si canon conderetur, qua una opera in universum ferè canones sinuum et faecundi antiquarentur, ingenia nobilia ad triangulorum contemplationem et tractationem allicerentur remoto maximo labore multiplicationis et divisionis.

